

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs  
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens Orationum Volumen Primum

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiiis, 1583**

In Librvm III Actionis II Ciceronis in Verrem Qvi De Prvmento Inscriptitvr  
Pavlli Mnvtii Commentarivs Oratio IIX

[urn:nbn:de:gbv:45:1-764059](#)

# IN. LIBRVM. III. ACTIONIS. II CICERONIS . IN . VERREM

QVI . DE . FRVMENTO . INSCRIBITVR

## PAVL I. MANVTII COMMENTARIUS



### ORATIO. IIX

**M**NES, qui alterum, iudices, nullis impulsu inimicis, nulla priuati laesione inuiria, nullo praemio adducti, in iudicium reip. causa uocant, prouidere debent, non solum quid oneris in praesentia tollat, sed etiam quantum in omnem uitam negotij suscipere coenentur. legē enim sibi ipsi indicunt innocentiae, continentiae, uirtutumq. omniū, qui ab altero rationem uitiae reposcunt, atque eo magis, si id, ut ante dixi, faciunt nulla re commoti alia, nisi utilitate communi. nam, qui sibi hoc sumpsit, ut corrigit mores aliorum, ac peccata reprehendat; quis huic ignoscet, si qua in re ipse ab religione officij declinarit? quapropter hoc etiam magis ab omnibus eiusmodi ciuis laudandus, ac diligendus est, qui non solum re ipsius improbum removet, uerum etiam se ipsum eiusmodi fore profitetur, ac praefat, ut sibi non modo communis uoluntate uirtutis, atque officij, sed etiam ut quadam magis necessaria ratione recte sit, honestaque uenendum. ita hoc, iudices, ex homine clarissimo, atque eloquentissimo L. Crasso saepe auditum est, cum sensilius re tam paenitere diceret, quam quod C. Carbonem unquam in iudicium uocauisset. minus enim liberas omnium uoluntates rerum habebat, & uitam suam pluribus, quam uellet, obseruari oculis arbitrabatur. atque ille, ijs praesidijs ingenij, fortunaeq. mutatus, tamen hac cura continebatur, quam sibi, non dum confirmato consilio, sed ineunte aetate susceperebat. quo minus etiam perspicitur eorum uirtus, & integritas, qui ad hanc rem adolescentuli, quam qui iam firmata aetate descendunt. illi enim, ante quam potuerunt existimare, quanto liberius uita sit eorum, qui neminem accusavint, gloriae causa, atque ostentationis accusant: nos, qui iam, & quid facere, & quantulum indicare possemus, ostendimus, nisi facile cupiditates nostras teneremus, numquam ipsimet nobis praeccidemus istam licentiam, libertatemq. uiuendi. atque hoc ego plus oneris habeo, quam quiceteros accusarunt: (sonus est id appellandum, quod cum laetitia feras ac uoluptate) uerum tamen hoc ego amplius suscepi, quam ceteri, quod ita postulatur ab omnibus, ut absit abstineant maxime uitij, in quibus alterum reprehenderunt. furem aliquem, aut rapacem accusaris:

uitandatibi semper erit omnis avaritiae suspicio, maleficum quempiam adduxeris, aut crudelcm: cauendum erit semper, ne qua in re asperior, aut inhumanius fuisse uideare. corruptorem, adulterum: prouident dum diligenter, ne quod in uita uelut in libidinibus apparet. omnia postremo, quae uindicaris in altero, tibi ipsi uebementer fugienda sunt. et enim non modo accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui, quod in altero uitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. ego in uno homine omnia uitia, quae possunt in homine perditio, nefarioq. esse, reprehendo; nullum esse uitium libidinis, sceleris, audacie, quod non in uinius istius uita perspicere possitis. ego in isto reo legē hanc, iudices, mihi statuo, uidendum ita esse, ut isti non modo factis, dictisq. omnibus, sed etiam oris uolorumq. illa contumacia, ac superbia, quam uidetis, dissimillimus esse, ac semper fuisse uidear. patior non moleste, iudices, eam uitam, quae mibi sua sponte anteauicunda fuerit, nunc iam mea lege, & condicione necessariam quoque futuram. Et in hoc homine saepe a me quaeris, Hortensi, quibus inimicitijs, aut qua inuiria adductus ad accusandum descendem? mitto iam rationem officij mei, necessitudinisq. Siculorum: de ipsis tibi inimicitijs responde. an tu maiores ullas inimicitias putas esse, quā contrarias hominum sententias, ac dissimilitudines studiorum, & uoluntatum? si dem sanctissimam in uita qui putat, potest ei non inimicus esse, qui quaestor consulem suum, consilijs commissis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis, spoliare, relinquere, prodere, oppugnare ausus sit? pudorem, & pudicitiam qui colit, potest animo aequo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum le nocinium uidere? qui religiones deorum immortalium retinere uult, ei, qui fana spoliarit omnia, qui ex tensarum orbitis praedari sit ausus, inimicus non esse qui potest? qui iure aequo omnes putat esse oportere, is tibi non infestissimus sit, cum cogitet uarietatem, libidinemq. decretorum tuorum? qui sociorum iniurias, prouinciarumq. incommodis doleat, is in te non expilatio ne Asiae, uexatione Pamphiliae, squalore, & lacrimis Siciliae concitatetur? qui ciuium R. iura, ac libertatem sanctam apud omnes haberi uult, is non tibi plus etiam, quam inimicus, esse debeat, cum tua uerbera,

AA cum

cum secures, cum cruces ad ciuium R. supplicia fixas  
rec ordetur? an, si quia in re contra rem meam de cres-  
set aliquid iniuria, iure me ei inimicū cōsiderat. et arbitrarere:  
cum omnia contra omnium honorū rē, causam, ratio-  
nem, utilitatem, uoluntatemq. fecerit, quaeris cur ei  
sim inimicus, cui populus R. infestus sit? qui praeser-  
tim plus etiam, quam pars uirilis postulat, pio uo-  
luntate populi R. oneris, ac muneris suscipere debeam.  
Quid illa, quae leuiora uidentur esse, non cuiusuis ani-  
mum possunt mouere? quod ad tuam ipsius amicitiam,  
ceterorumq. omnium maiorum, atque nobilium faci-  
liorem aditum istius habet nequitia, & audacia, quam  
cuiusquam nostrum uirtus, & integritas. oditis ho-  
minum nouorum industrias: despiciens eorum frugalita-  
tem: pudorem contemnit: ingenium uero, & uirtu-  
tem depressam, extinxit. cupitus Verrem amatiss.  
ita credo, si non uirtute, non industria, non innocen-  
tia, non pudore, non pudicitia, at sermone, at lute-  
ris, at humanitate eius delectamini. nihil horum est:  
contraq. sunt omnia cum summo dedecore, ac turpitu-  
dine, tum singulari stultitia, atque inhumanitate ob-  
lita. Huic homini si cuius domus patet, utrum ea pa-  
tere, an biare, ac poscere aliquid uidetur? hunc ue-  
stri ianitores, hunc cubiculari diligunt: hunc liberti-  
uestri, hunc serui, ancillaeq. amant: hic cum uenit,  
extra ordinem uocatur: hic solus introducitur, ceteri  
saepe frugalissimi homines excluduntur. ex quo intel-  
ligi potest, eos uobis esse carissimos, qui ita uixerant,  
ut sine uero praesidio salvi esse non possint. Quid?

hoc cuiquam ferendum putatis esse, nos ita uiuere in-  
pecunia tenui, ut prorsus nihil acquirere uelimus, ut  
dignitatem nostram, populiq. R. beneficia non copijs,  
sed uirtute tueamur; istum rebus omnibus undique ere-  
ptis impune eludentem circumfluere, atque abundare?  
huius argento domos uestras, huius signis, & tabulis  
forum, Comitiumq. ornari? praesertim cum nos uero  
marke his rebus omnibus abundetis. Verrem esse, qui  
uestras uillas suis manubijs ornet? Verrem esse, qui  
cum L. Mummio certet? ut plures hic sociorum urbes,  
quam ille hostium, spoliaisse uideatur; plures hic solus  
uillas ornamentis fanorum, quam ille fanorū spolijs ho-  
stium ornasse. & is erit ob eam rem uobis carior ut ce-  
teri libentius suo periculo uestris cupiditatib. seruant?  
uerum haec dicentur alio loco, & dicta sunt: nunc  
proficisciemur ad reliqua; si pauca ante erimus a uo-  
bis, iudices, deprecati. Superiori omni oratione per-  
attentos uestrros animos habuimus. id fuit nobis gratia-  
tum admodum, sed multo erit gratias, si reliqua no-  
letis attendere: propterea quod in his omnibus, quae  
antea dicta sunt, erat quaedam ex ipso uarietate, ac  
nouitate rerum, ac criminum delectatio: nunc trafla-  
re causam instituimus frumentariam, quae magnitudi-  
ne iniuria fere criminibus ceteris antecellit, iucundi-  
tatis in agendo, & uarietatis minus habebit, uesta  
autem auctoritate, & prudentia dignissimum est, iudic-  
es, in audiendo diligentiam non minus religioni tri-  
buere, quam uoluptati.

## EXPLANATIO

**N**ULLIS impulsu inimiciis, nulla priuatim laesi iniuria, nullo praemio adducti, & se ipsum defec-  
bit. QVID ONERIS in praesentia tollant & onus enim accusandi grauissimum est: cum in ac-  
cusatore multa iequitantur: ut in Diuin. VIRTUTVMQ. omnium & quibus contraria uitia in eo, qui reus est, accusantur. AB RELIGIONE officiū declinari? & officium quod te-  
ligiose colendum est, uolauerit. AC PRAESTAT, & qui re ipsa talem se praebet, qualem se fore, cum  
alterum accusaret, professus est. COMMUNI uoluntate uirtutis, atque officiū, & eo studio uirtutis, atque  
officiū, quod commune omnibus est. MAGIS necessaria ratione & quia sibi indicit legem innocentiae  
continentiae, uirtutumq. omnium, qui ab altero rationem uitiae reposcit. CARBONE M consula-  
rem, uirum eloquentissimum: qui se voluntaria morte a iudicem seueritate uindicauit. in Bruto, & in  
ep ad Paetum. FORTVNABEQ. Crassi nobilitatem significat, quae numeratur inter fortunae bona.  
INEVENTE aetate & annos enim natus xix, Carbonem accusauit: ut ait Tacitus in dialogo de Orat.  
GLORIAE causa, & minime prouidentes; quantum in omnem uitam negotijs suscipiant, quibusq. se  
innocentiae, continentiae, virtutum omnium legibus adstringant. ET QV'D facere, & quantum in iudi-  
care possemus, & quid praestare possemus uel agendo, uel iudicando. Facere, non ad onus accusandi, sed  
ad uniuersae uitiae ratione refero. VERVM T A M E N & usitatum uerbum superioribus iterandis: de quo  
supra diximus. Hoc ego amplius suscepit, quam ceteri: & correctio quaedam superiorum uerborum.  
quod enim suscepit, onus hic non appellat, uitato uocabulo, in quo molestia quaedam inest. MALEFI-  
CVM & alibi generale nomen est, hic unius proprium criminis: ut si dixisset, asperis moribus: nam sub-  
iungit, Si quae in re asperior. CONTUMACIA, & contrarium est humiliati. infra: Ex ea contumacia,  
quam hic in perditis rebus retinet, illos eius spiritus Sicilienses quos fuisse putetis cogitate. PUDOREM,  
& pudicitiam & pudor animi, pudicitia corporis. infra: Non pudore, non pudicitia. De harusp. resp.  
Anex sororis cubiculo egressus, pudore, pudicitiamq. defendat? Pro Clu. Eam non pudor, non pudici-  
tia a cupiditate reuocauit. ADDUXERTIS, & in iudicium. act. i. Ut perspicuum cuius est esse possit, homi-  
nem ab isto quaesitum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret. QV' EX  
tentarum orbitis praedari. sit ausus, & hanc praedam significant illa uerba lib. I. Quis a signo Vertummi in  
circum maximum uenit, quin is in unoquoque gradu de uarietate, tua commoneretur? quam tu uiam  
tentiarum, atque pompa sic exegisti ut tu ipse illa ire non audeas. IURE aequo & non ut uarie proper-  
pecuniam, sed ut aequaliter pro cuiusque causa decernatur, ASIAE, & Ciliciae, cui praefuit Dolab-  
la, Verre legato: quem saepe Asiam uocat, ut act. I. Vexatorem Asiae, atque Pamphiliae. Et: Cuius  
legatio

legatio exitium fuit totius Asiae, & Pamphyiae. Iam lib. I. Legatione Asiatica, pro Ciliciens. PAM  
PHYLIAE, § haec quoque minoris Asiae pars fuit, sed nominatur cum Asia, quia solam Ciliciam Asiae  
nomine Cicero significat: ut exemplis intelligitur. I. V. R. A. § antiquis legibus tradita. ARBITRARIER: §  
alii, Arbitrarec: quod probo: ut cum eo congruat, Quacris cur ei sim inimicus, cui populus Roma-  
nus infestus sit? P. R. O. noluntate populi Romani § ut obsequar uoluntati populi Romani, optimede me  
meriti. I. T. A. crudu: § a contrario sensu. Non eum, inquit, amatis, sed capti muneribus ita defendi-  
tis enim, ac si amaretis. quis enim amet illuum, quem uirtus nulla commendet? F. R. V. G. A. I. S. S. I. M. I. § qui  
nil in uestras domos conserant. F. E. R. E. N. D. V. M. putas § supra, & infra nobiles omnes alloquitur: er-  
go hic, Putatis, rectius uidetur. V. E. S. T. R. O. Marte § uestri arribus, ac rapinis. quo maiore flagra-  
niscapititate, cum ea sumitis aliunde, quibus abundatis ipsi. Off. lib. II. Hanc igitur partem reliquam  
exploramus, nullis ad miniculis, sed, ut dicitur, Martenostro. Phil. II. Rex ipse sua sponte, nullis com-  
mentariis Caesaris, suo Marte res suas recuperavit. C. E. T. E. R. I. § exemplo commoti. S. V. O. p. r. i. c. u. l. o. §  
nam, si praedentur in prouincijs, poenas fortasse iudicio dabunt. A. L. L. o. c. o. § lib. I. V. E. T. D. I. C. T. A.  
funt. § tulipor haec addita esse ab eo, qui haec, quae Cicero se dictum alio loco pollicetur, satis iam  
hic ab eo et dicta significare uoluerit. alioqui, ubinam haec aduersus nobiles in superioribus oratio-  
nibus dicta sunt, non inuenio. S. V. P. E. R. I. O. R. E. o. m. i. oratione § non de una tantum loquuntur superiore  
oratione, utrum de omni arte habito sermone uel in primo, uel in secundo libro. nam in utroque ua-  
ria, nouaq. Veris crimina exposuit: hic autem subiungit: Erat quaedam ex ipsa uarietate, ac nouitate  
rerum, ac criminum delectatio. R. E. L. I. G. O. N. I. § causae, quae ad uestram religionem pertinet. iurastis  
enim in leges. nunc attentionem a uobis religio postulat: cum praefertim superiora propter uolupta-  
tem libenter audieritis.

## O R A T I O

I  
N hac causa frumentaria cognoscenda, haec uo-  
bis proponit, indices, uos de rebus fortunisq. Si-  
ciliorum omnium, de ciuium R. qui arant in Sicilia,  
bonis, de negligilibus a maioribus traditis, de uia  
nisiq. populi R. cognituros. Quae si magna, atque a-  
deo maxima nobis uidentur; quoniam uarie, & quam co-  
piose dicantur, exspectare nolite. Neminem uestram  
praeferit, indices, oratione uilitatem, oportunitate  
temp. prouinciae Siliacae, quae ad comoda populi R.  
adiuitate sit, considerare in re frumentaria maxime: in  
ceteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac nero  
alitur, ac sollevemur. ea causa disputata, indices,  
eu in accusatione, primum enim de accuando, deinde  
de empto dicimus frumento, postrem de aestimatio-  
ne Siciliam, ceteras q. prouincias, indices, in agris  
num negligibilium rationibus hoc inter se, quod ceteris  
aut imperiis uicigal est certum, quod stipendiarii  
dicunt, ut Hispanis, & plexi que Poenorum, quasi  
auctoritate praecium, ac poena bellii, aut censoria loco  
re constituta est, ut Asiae lege Sampronia. Siciliis  
contates sic in amictiam, habeat qui cepimus, ut eo  
deinceps essent, quo fruisset; eadem condicione fugi-  
lo R. parerent, qua suis ante paruisserent. per partem  
Sicilie ciuitates sunt bello, & maioribus nostris, sub-  
iectae: quoniam ager cum esset publicus populi R. factus;  
tamen illis est redditus, is ager a censoribus locari so-  
let, foederatae ciuitates duae sunt, quarum decumane  
uenire non soleant, Mamerina, & Tauroninita-  
na, quinque praeterea sine foedere immunes ciuitates  
a liberae, Centuripina, Halestana, Segestana, Ha-  
lycastis, Panormitana, praeterea, omnis ager Si-  
ciliae ciuitatum decumanus est, itemq. ante imperium  
populi R. ipsorum Siculorum uoluntate, & inslityris  
sunt, si deinde nunc maiorum sapientiam: qui, cum Si-  
ciliam tam opportunitum subfundit belli atque pacis ad  
temp. adiunxit, tanta cura Siculos tueri, & reti-  
nere uoluerunt, ut non modo eorum agris negligibil no-  
num nullum imponerent, sed ne legem quidem uendi-  
tionis decumarum, ne ue uendundis aut tempus, aut  
locum commutarent, ut certo tempore anni, ut ibidem  
in Sicilia, denique ut lege Hieronica uenderent. uolu-  
erunt eos in suis rebus ipso interisse, eorum animos  
non modo lege noua, sed ne nomine quidem legis nouo  
communerent, ut eis incundios esset munera illius  
functio, siue regis, qui Siculis carissimus fuit, non  
solum instituta conuinctio imperio, nerum otiam no-  
men manereret, sed utrue unice Verem praeor in Sicu-  
li semper usi sunt, hic primus inslitus omnium, con-  
stitutus in a maioribus traditam, conditionem ami-  
cium, ius sociatis connellere, & committare ansus  
est, qua in re primum illud reprehendo, & accuso,  
cur iure tam ueteri, tam usitata quidquam noui fe-  
citur? ingenio aliquid affectus es? tot homines fa-  
ciliissimos, qui illam prouinciam ante te uenerunt,  
prudentia, consilio, uicissim est tuum, est ingenij,  
prudentiaeque tuae: do hoc tibi, & concedo: scio te  
Romae, cum praeor eses, editio tuo possessiones heredi-  
tatum ad alienos, a primis hereditibus ad secundos,  
a legibus ad libidinem tuam transuulisse: scio te edita  
superiorum omnium correxisse, & possessiones heredi-  
tatum non fecisti ad eos, qui proferrent, sed secun-  
dam eos, qui dicerent testamentum factum, dedisse:  
earum res nouas, abs te prolatas, & inuentas, ma-  
gno tibi quaestui suisse scio: eundemque ut in primis cen-  
soriis quoque leges in sartis teclis exigendis tollere,  
& committare; ne is redimeret, cuius esse esset; ne pu-  
pillo tutores, propinquique consuluerint, quo minus for-  
tunis omnibus cuenteretur; exiguam diem praefinire  
operi, qua ceteros ab negotio excluderes, cum ipse in  
tuo redemptore nullam certam diem obseruares. quam  
obrem nouam legem te in decumis statuisse non mi-  
nor, hominem in editis praeoris, in censoris legi-  
bus tam prudentem, tam exercitatum, non, inquam,  
miror, te aliquid excoigitasse, sed quod tua sponte,  
iniussu populi, sine senatus auctoritate iura prouinciae

Siciliae mutaris, id reprobando, id accuso. L. Octauius & C. Cotra ces. senatus permisit, ut nini, & olei decimatis, & frugum minutarum, quas ante quaestores in Sicilia uendere consuebant, Romae uenderent, legemq. his rebus, quam ipsis uideretur, edicerent. cum locatio fieret, publicani postularunt, quasdam res ut ad legem adderent, neque tamen a censoriis ceteris legibus recederent. contradixitis, qui casutum Romae fuit, tuus hostes, Verres, hostes, inquam, & familiaris tuus, Sthenius hic Thermitanus. censores causam cognoverunt: cum viros primarios, atque amplissimos ciuitatis multos in consilium aduocabent, de concilijs sententia pronunciarunt, se lege Hieronica uendituros ita ne uero? prudentissimi viri summa auctoritate praediti, quibus senatus legum dicendarum in locandis uectigalibus omnem potestatem permiserat, populusque R. idem iusserat; Siculo uno recusante, cum amplificatione uectigalium nomen Hieronicae legis mutare noluerunt: tu, homo minimi consilij, nullius auctoritatis, iniustus populi, ac senatus, tota Sicilia recusante, cum maximo detimento, atque adeo exitio uectigalium totam Hieronicam legem sustulisti. at quam legem cor-

rigit, indices, atque adeo totam tollit? acutissime, ac diligenter scriptam; quae omnibus custodij subiectum aratorem decumano tradit; ut neque in segetibus neque in areis, neque in horreis, neque in amendo, neque in asportando frumento grano uno posset arator sine maxima poena frandare decumatum. scripta lex ita diligenter est, ut eum scripsisse appearat, qui alia uectigalia non haberet; ita acute, ut Siculum; ita severa, ut tyrannum, qua lege Siculis tamen arare expediret. nam ita diligenter constituta sunt iuradum, ut tamen ab iniusto aratore plus decumano possit auferri. Cum haec essent ita constituta, Verret annis, atque adeo saeculis inuentus est, qui haec non commutaret, sed eueteret, eaq. quae iam diu ad salutem sociorum, utilitatemq. reip. composita, comparataq. essent, ad suos improbissimos quaestus converteret: qui primum certos instituerit, nomine decumanos, re uera ministros, ac satellites cupiditatum suorum, per quos ostendam sic prouinciam per triennium uexat, atque uastat, iudices, ut eam multis annis, multorum innocentia, sapientiaq. recreare nequeamus.

### EXPLANATIO

**D**E CVMANO? quod ex decumis exigitur. E MPTO, ? quod, praeter decumatum, emit a Siculis populus Romanus. AESTIMATO, ? pro quo pecuniam exigunt mancipes, aestimatione praetoris: quae fuit iniquissima praetore Verre. in his enim tribus generibus furatus est. haec in Diuin. Attiunguntur, hic exponentur latius, per singula cuiusque generis crimina. VECTIGAL est certum, ? pecuniarium. CENSORIA locatio, ? locabant censores Asiaticos agros. PERP AVGAE Siciliae ciuitates, ? numerum non dicit, quem tamen optime tenebat. nam lib. V II. Tindaritani officia sua erga populum Romanum ita commemorant. Nos in septemdecim populis Siciliae non eramus: nos in omnibus Punicis, Siciliensisibusq. bellis amicitiam, fidemq. populi Romani secuti sumus. Cum igitur numerum ponit, officia Tindaritanorum auget, qui se a septemdecim Siciliae populis in bello sciunxerint, & Romanis opem rulerint. Cum, omisso numero, per paucas Siciliae ciuitates fuisse dicit, quae bello subactae sint, habet rationem temporis, quo Siciliam, vt bene de populo Romano meritam, iudicibus commendat. Cuius artificij exemplo egregie ad imitationem, qui velit, eruditur. ILLIS est redditus. ? cum etiam tamen, ut decumas soluant: quas censores locant. VENIRE, ? locari. nam ipsae decumae nomine populi Romani exiguntur. IMMUNES, ? quae nihil omnino pendant. DECUMANVS est, ? decumas dat. Sunt igitur ex quattuor generibus Siciliae ciuitates. Aliae, quarum ager a censoribus locatur, ut pro decumis pecuniam capiant. Aliae, quarum ager non locatur, nec ueneunt decumae, sed exiguntur. Aliae, quae nihil omnino pendant. Aliae, quae decumas dent. IN SVIS rebus ipsos interesse, ? propterea, vbi uendi olim solebant, ibidem in Sicilia vendi uoluerunt. NE NOMINE quidem legis non modo legem, quae ab Hieronica differt, sed ne aliam quidem, licet non differret, nouo nomine Siculis dederunt: cum intelligerent, si nomen seruaretur eius regis, qui carissimus ijs fuisse, fore, ut ipsa decumanorum uenditio, Hieronica lege facta, esset illis incundior. AD ALIENOS, ? Minucij hereditas ad Minuciam gentem pertinebat: Verres ad alienum transtulit. lib. I. A PRIMIS hereditibus ad secundos, ? a P. Annij filia ad L. Annium. lib. I. CENSORIAS quoque leges, ? dixi iam, condiciones illas, quibus censores sarta testa locarent, censoriam legem appellari solitam, vt appellatur lib. I. & alibi. NAPVRILIO, ? putidum sit, es si hic de pupillo Iuniano exponam, quae Cicero dixit lib. I. QVAM ipsi uideretur, ? usitata locutio: vt lib. II. Eum iudicem, quem commodum erat, dabat. AD LEGEM, ? qua quaestores locabant. HIC, ? aderat enim in iudicio. lib. I I. Sthenius est, is qui nobis affidet, Thermitanus. ITA acute, ut Siculum, ? acumen ingenij alibi quoque laudat in Siculis, ut in Diuin. Illi quidem, ut est hominum genus nimis acutum, & suspiciosum.

### ORATIO

**E**ORVM omnium, qui decumani uocabantur, princeps erat Q. ille Apronius, quem uidentis: de cuius improbitate singulari grauissimarum legationum querimonias audistis. adspicite, iudices, nullum ho-

minis, & adspicium; & ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos eius spiritus Sicilienses quos fuisse putetis, cogitate, ac recordemini. hic est Apronius, quem in prouincia tota Verres, cum undique

undique nequissimos homines conquisiſſet, & cū ipſe ſecum ſui ſimiles duxiſſet non parum multos, nequicia, luxuria, audacia ſui ſimiliſſum iudicauit. itaque iſtis inter ſe perbreui tempore non res, non ratio, non commendatio aliqua, ſed ſtudiorum turpitudo, ſimilitudoq. coniunxit. Verris mores impuros, impurosq. noſtiſ ſingite nobis, ſi potefiſ, aliquem, qui in omnibus iſti rebus par ad omnium flagitiōrum nefarias libidines eſſe poſſit: iſ erat Apronius ille: qui, ut ipſe non ſolum uitia, ſed etiam corpore, atque ore ſignificat, immensa aliqua uorago eſt, aut gurges uitiorum, turpitudinumq. omnium. hunc in omnibus ſupris, hunc in fanorum expilationibus, hunc in impuris coniuuijs principem adiubebat: tantamq. habebat morum ſimilitudo coniunctionem, atque concordiam, ut Apronius, qui alijs inhumanus, ac barbarus, iſti uni commodus, ac diſertus uideretur; ut, quem omnes odieſſent, neque uidere uellent, ſine eo iſte eſſe non poſſet: ut, cum alijs ne coniuuijs quidem iſdem, quibus Apronius, hic iſdem etiam pociulus ueretur; poſtremo ut odor Aproniū taeſterimus oris, & corporis, quem, ut aiunt, ne beſtiae quidem ferre poſſent, uni iſti ſuavis, & incundus uideretur. ille erat in tribunali proximus, in cubiculo ſocius, in coniuicio dominus, ac tum maxime, cū, accubante praetextato praetoris filio, in coniuicio saltare nudus cooperat. hunc, uti dicere inſtitui, principem Verres ad euertendas fortunas aratorum, uexandas, diripiendasq. eſſe uoluit: huius audaciae, nequitiae, crudelitati fideliſſimos ſocios optimosq. cuius ſcīto hoc praetore traditos, iudices, atque addiſtos fuſſe, nouis inſtitutis, & edictis, tota Hieronica lege, quemadmodum antea dixi, reiecta, & repudiata. prium edictum, iudices, audite praeclarum: Quantum decumanus edidiſſet aratorem ſibi decumae dare oportere, ut tantum arator decumano dare cogeretur. quo modo e quantum popoſcerit Apronius, dato. quid eſt hoc? utrum praetoris inſtitutum in ſocios, an in hostes uictos iſani edictum, atque imperium tyranni? ego tantudem, quantum ille popoſcerit e poſſet omne, quantum exarauero. quid omne? immo plus etiam, inquit, ſi uolit. qui tum e quid censes? aut dabis, aut, contra edictum feciſſe. dannabere. per deos immortales, quid, quid eſt hoc? uerijſimile enim non eſt. ſic mihi perſuadeo, iudices; tamet iſi omnia in iſum hominem conuenire putetis, tamen hoc uobis falſum uideri. ego enim, cum hoc tota Sicilia diceret, tamen affirmare non auderem, iſi haec edicta non ex iſipſis tabulis totidem verbiſ recitat e poſſem, ſicuti faciam. Da, quaeſoſcribae: recitet ex codice. recita. E D I C T U M D E P R O F E S S I O N E. Negat me recitare totum;

nam id nute ſignificare uideatur. quid praetereoſ an illud, ubi caues tamen Siculis, & miseros reſpicis aratores? edictis enim, te in decumanum, ſi plura uifulerit, quam debitum ſit, in octuplum iudicium dat urum eſſe. nibil mihi placet praetermitti. recita hoc quoque, quod poſtulat, totum, recita. E D I C T U M D E I V D I C I O I N O C T U P L U M. Iudicio ut arator decumano perſequatur? miſerum, atque iniquum, ex agro homines traduci in forum, ab arato ad ſubſellia, ab uſu rerum rafſicarum ad inſolitam litem, atque iudicium. cum omnibus in alijs uectigalibus, Asiae, Macedoniae, Hispaniae, Galliae, Africæ, Sardiniae, ipsius Italiæ, quaneſtigalia ſunt, cum in hiſ, inquam, rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non ezeptor, neque poſſeffor ſoleat eſe; tu de optimo, de iuſtissimo, de honeſtissimo genere hominum, hoc eſt, de aratoribus, ea iura conſtituebas, quae omnibus alijs eſſent contraria? utrum eſt aequius, decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium integrare, an perdiſta fieri eum, qui manu quaſerit, an eum, qui digito licitus ſit, poſſidere? quid, qui in ſingulis iugis arant, qui ab opere iſpi non recedunt, quo in numero magnus ante te praetorem numerus, magna multitudine Siculorum fuit, quid facient? cum deſerent Apronio, quod popoſcerit, relinquent arationes? relinquent larem familiarem ſuum? uenient Syracusas? ut de praetore, uidelicet aequo iure, Apronius, delicias, ac uitam tuam, iudicio recuperatori perſequantur. uerum eſto: reperietur aliquis fortis, experiens arator: qui cum tantum derit decumano, quantum ille deberi dixerit, iudicio reperat, & poenam octupli perſequatur. ex profeſto uins edicti, ſeueritatem praetoris: fauē aratori: cupio octupli damnari Aproniu, quid tandem poſtulat arator? nibil. niſi ex edicto iudicium in octuplum. quid Apronius? non recuſat. quid praetor? iubet recuperatores rejeceſſe. decurias ſcribam. quas decurias? de cohorte mea reiſies, inquit. quid e iſta cohors quorum hominum eſt? Volutiſſi harufiſis, & Cornelij medici, & horum canum, quos tribunal meum uides lambere. nam de conuentu nullum unquam iudicem, nec recuperatorem dedit. iniquos decumanis omnes dicebat eſſe, qui unam agri glebam poſſiderent. uenientium erat ad eos contra Apronius, qui non dum etiam Aproniani coniuuij crupulam exhalaffent. o praeclarum, & com memorandum iudicium: o ſeuverum edictum: o tutum per fugium aratorum. Atque, ut intelligatis, cuiusmodi iſta iudicia in octuplum, cuiusmodi iſtius de cohorte recuperatores exiſtimati ſint; ſic attendite.

## E X P L A N A T I O

Q V E M uideſtis: ſi testis aderat in iudicio, ut etiam Sthenius. C O R P O R E, magno, ORE ſeboſo. C O M M O D U S, ſi humanus, ſit lib. II. in extremo: At mores commodi, quis contumacior? quis inhumanior? quis ſuperbior. I N C V B I C V L O ſolus, ſi exclusis ceteris, quia ſolus eum Apronius deleſaret. A C C V B A N T E praetextato praetoris filio, ſi Verris notatur improbitas, qui turpiffimarum rerum adiſectu filium adhuc puerum corrumpi fineret. E D I D I S E T ſi ſignificaverit. E G O ſi aratoris inducitur persona de Verris iniuria conquerentis. I N Q V I T, ſi arator. QVID tum? quid censes? ſi adhuc loquitur arator. A V T dabis, ſi hoc ex decumani persona. Ex C O D I C E ſi ex iſipſis tabulis. D E P R O F E S S I O N E. ſi nearator minus proſteatur, quam exarauerit: ne decumanus plus, quam ſibi debeat, deberi proſteatur. iſtra. Q V A E uectigalia ſunt; ſi quae uectigal pendunt. conuertit enim ad neu-

ad neutru<sup>m</sup> genus haec simul omnia, Asiam, Macedoniam, Hispaniam, Galliam, Africam. **P I G N E R A T O R**,  $\xi$  pignus capit ab eo, qui non soluit. **Q V I** d i g i t o l i c i t u s s i t ,  $\xi$  sublato digito licebantur. lib. I. Di gitum tollit Junius. **I N S I N G V L I S** ingis  $\xi$  non in amplio fundo, sed in vno tantum iugo, quod ipsi arant, & unde recedere non licet. Iugum erat, quod vno die iuncti boves exarare possent. **I V E T** recuperatores rei*cere*.  $\xi$  recuperatores iudex dabat: ex ijs a*c*t*or*, & reus, quos suspectos habebant, rei*c*iebant. **D E C V R I A S** scribam*us*.  $\xi$  si dixisset a*c*t*or*: Decuriae scribantur: idest, iudices legantur: respondebat Verres: Quas decurias? de cohorte mea rei*c*ies: idest, recuperatores ego dabo de cohorte mea. ex ijs tu rei*c*ies: **Q V I D?** ista cohors  $\xi$  exaratoris persona. is enim a*c*t*or* esse singitur. **V O L U S I I** basifinis,  $\xi$  infra Volusianus appellatur. **C O R N E L I I** medici,  $\xi$  de quo sic infra: Iste uiros optimos recuperatores dat, eundem illum medicum Cornelium. is est Artemidorus Pergaeus, qui in sua patria duxisti quondam, & magister ad despoliandum Diana templum fuit. Cornelius vocatur, accepto Veris nomine, cuius beneficio ciuis Romanus factus esset: ut lib. I. Lictor Cornelius. **E T H O R U M** carnum,  $\xi$  Valerium praeconem, Tlepolemum pictorem: qui nominantur infra ut recuperatores a Verte dati. Canes appellauit eosdem lib. I. Multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. **L A M B E R E**.  $\xi$  quasi aliquid petant. **D E C O N V E N T V**  $\xi$  ciuib*s* Romanis.

## O R A T I O

**E** Q U E M putatis decumanum, bac licentia per misa, tantum cb aratore, quantum poposcisset, auferret, plus, quam deberetur, poposcisse? considerate cum nestris animis nosmet ipsi, ecquem putetis: praesertim cum id non solum sine avaritia, sed etiam impudentia accipere potuerit. multos, necesse est. at ego omnes dico plus, quam decumas, abstulisse. cedo mihi unum ex triennio praeturae tuae, qui octupli damnatus sit. damnatus  $\xi$  immo uero in quem iudicium ex edicto tuo postulatum sit. nemo erat uidelicet aratorum, qui iniuriam sibi factum queri posset: uero decumanorum qui grano amplius, sibi quam debetur, deberi professus esset. immo vero contra, rapiebat, & asportabat, quantum a quoque uolebat. **A p r o n i u s**: omnibus autem locis aratores spoliati, ac uexati queabantur: neque tamen ullum iudicium reperiatur. quid est hoc? viri fortes, honesti, gratiosi, tot Siculi, tot equites R. ab homine nequissimo, ac turpis simo laesi, poenam octupli, sine ulla dubitatione commissam, non persequebantur? quae causa? quae ratio est? una illa iudicis, quam videtis: quod ulti etiam illis se, & irrisos ab iudicio discessuros uidebant. etenim quod esset iudicium, cum e Verris turpissimo, flagitiosissimoq. comitatu tres recuperatorum nomine assedit, affectae istius, non a patre ei traditi, sed a meretricula commendati? ageret uidelicet causam arator: nihil sibi frumenti ab Apronio relictum, bona sua etiam directa, se pulsatum, uerberatumq. diceret. conferente uiri beni capita: de comedatione loquerentur inter se, ac de mulieribus, si quas a praetore abeuntes possent comprehendere: res agi uidebatur. surrexis-

set Apronius, noua dignitas publicani, non, ut decumanus, squaloris plenus, ac pulueris, sed uigilans, oblitus, uino uigiliusq. languidus: omnia primo motu, ac spiritu suo, uini, uigilanti, corporis odore compleset: dixisset haec, quae uulgo dicere solebat, non se decumas emisse, sed bona, fortunasq. aratorum; non se decumanum esse Apronium, sed Verrem alterum, dominum illorum, ac tyrrannum. quia cum dixisset, illi, uiri optimi, de cohorte istius recuperatores, non de absoluendo Apronio liberarent, sed quaererent, quomodo petitor*e*: psum Apronio permitserent, quatum uellet, poscet; quantum poposcisset, auferret. Hoc tibi defensionis ad iudicium tuum conparabas, habuisse te edictum, recuperatores daturum in octuplam? si nehercule ex omni copia conuentus Syracusan*s*, splendidissimorum homin*s*, honestissimorumque, faceres potestatem aratori, non modo rei*c*endi, sed etiam sumendi re recuperatores; ramen hoc nouum genus iniuria*s* ferre nemo poscit, re, cum tuos omnes suis publicano tradidisses, & rem de uerbis amissis, tum bona tua repete*r*e, ac persequi*r*et, atque iudicio. cum uero uerbo iudicium sit in edicto, ut quidem utra tuorum comitum, hominum nequissimum, colluso cum decumanis sociis tuis, atque inde paucatibus, tamen andes illius iudicij mentionem facere praeferim cum id non modo oratione mea, sed etiam re ipsa refellatur: cum in tantis incommuni*s* iuris, ministrisq. decumanorum nullum ex*c*it*o* praeclaro editio non modo factum, sed ne postulatum quicquam iudicium inueniatur.

## E X P L A N A T I O

**I**M P U D E N T I A  $\xi$  Gne impudentia: cum scriptum esset in'edicto: Quantum decumanus edidisset a*t*o*r*em sibi decumae dare oportere, tantum ut arator decumano dare cogeretur. **C O M M I S S A M**,  $\xi$  debitam. visitata locutio. **I R R I T O S**  $\xi$  infecta*r*e. **R E S A G I** uideretur,  $\xi$  serio colloqui, & agere inter se de aratoris petitione viderentur. **N O V A** dignitas publicani,  $\xi$  dignitas est in publicanis, quia sunt equestris ordinis. Apronius eques Romanus non erat: ideo, Noua dignitas publicani, cum quadam irrisione dixit. fungebatur autem Apronius, cum decumanus esset, munere publicani. **R E C V P E R A T O R E S** daturum in octuplam?  $\xi$  daturum te recuperatores cum eo, ut decumanum octupli condemnarent. **T E C V M** tuos omnes fructus publicano tradidisses,  $\xi$  in persona Verris aratorem singit. **P R O C V R A T O R I B V S**:  $\xi$  agunt enim rem tuam. **F A C T V M**  $\xi$  contra decumanos. **P O S T V L A T V M**  $\xi$  ab aratoribus.

ORATIO

## O R A T I O

**E**RIT tamen in aratores lenior, quam uidetur. Nam qui in decumanos octupli iudicium se datum edidit, idem habuit in edicto, se in aratorem in quadruplum daturum. quis hunc audet dicere aratori bus infestum, aut inimicum fuisse & quanto lenior est, quam in publicanum. edixit, ut, quod decumanus edidisset sibi dari oportere, id ab aratore magistratus Siculus exigeret, quid dereliquit iudicij, quod in aratorem dari posset? Non malum est, inquit, esse istam formidinem, ut cum exactum sit ab aratore, tamen, ne se commoueat, reliquus metus iudicij sit. Si iudicio ame uis exigere, remoue Siculum magistratum. si bauc uim adhibes, quid opus est iudicij & quis porro erit, qui non malit decumanus tuis dare quod poscent, quam ab aseclis tuis quadrupli condemnari? Illa uero, praeclaræ est clausula editi, quod omnium controvèrsiarum, quæ esset in aratorem, & decumanum, si uerolleret, edicit se recuperatores daturum. Primum, quæ potest esse controvèrsia, cum is, qui petere debet, auferet, & cum is, non quantum debetur, sed quantum commodum est, auferat; illi autem, unde ablatum est, iudicio suum recuperare nullo modo potest & deinde in hoc homo luteus, etiam callidus, ac ueterato esse uult, quod ita scribit: si uter uolet, recuperatores dabo. quam lepide se furavi putat. utriusque facit potestatem. sed utrum ita scriperit; si uter uolet, an, si decumanus uolet; nihil interest. arator enim tuos istos recuperatores nunquid uolet? Quid? illa cuiusmodi sunt, quæ ex tempore ab Apronio admonitus edidit? Q. Septitio, honestissimo homine, equiteq. R. resistente Apronio. & affirmante se plus decuma non daturum, exoritur peculiare edictum repentium, ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum decumano pactus esset. ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, & imbræ frumentum corrumpi in area patiebatur: cum illud edictum repente uberrimum, & quaestuosissimum nascitur: ut ante Kal. Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent. hoc editio non Siculi, (nam eos quidem iam superioribus editiis satis perdidera, atque affluxerat) sed illici equites R. qui suum ius retinere se contra Apron-

nium posse erant arbitrati, splendidi homines, & alij prætoribus gratijs, hindri Apronio traditi sunt. attendite enim, cœusmodi edita sunt. Ne tollat, inquit, ex area, nisi erit paetus. satis haec magna uis est ad inique pacificendum: malo enim plus dare, quam non mature ex area tollere. at ista u. Septitium, & no nulos Septitij similes non coercet: qui ita dicunt: ne tollam potius, quam pacificari his hoc opponitur: Deportatum habeas ante Kal. Sext. deportabo igitur. Nisi paetus eris, non commouebis. sic deportandi dies praestituta tollere cogebat ex area: cohætio tollendi, nisi paetus esset, uim adhibebat pactioni, non uoluntatem. Jam uero illud, non solum contra legem Hieronicam, nec solum contra consuetudinem superiorum, sed etiam contra omnia iura Siculorum, quæ habent a senatu, populoq. R. ne extra sum forum uadimonium promittere cogantur. statuit iste, ut arator decumano, quo uellet decumanus, uadimonium promitteret: ut hic quoque Apronio, cum ex Leontino usque Lilybaeum aliquem uadaretur, ex miseri aratoribus calumniandi quaestus accederet. quamquam illa fuit ad calumniam singulari consilio reperta ratio, quo edixerat, ut aratores ingera rationum suarum profiterentur. quæ res cum ad pactiones iniquissimas magnâ uim habuit, sicut ostendemus, nec ad ullam utilitatem reip. pertinuit; tum uero ad calumnias, in quas omnes inciderent, quos uellet Apronius. ut enim quisque contra uoluntatem eius dixerat, ita in eum iudicij de professione iugerum postulabatur, cuius iudicij metu magnus a multis frumenti numerus ablatus, magnaq. pecuniae coactæ sunt: non quo iugerum numerum uere profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri: (Quid enim in eo periculi esse posset?) sed causa erat iudicij formidandi, quod ex editio professus non esset. indicum autem quod fuerit isto prætore, si, quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meministis, scire debetis. Quid igitur est, quod ex hac iniquitate nouorum editiorum intelligi uelim, iudices? iniuriam ne factam facijs? at uidetis, auctoritatem superiorum repudiatam? non audebit negare. tantum Apronium isto prætore potuisse? confiteatur, necesse est.

## E X P L A N A T I O

**Q**UOD IN aratorem dari posset? ut enim dare cogatur, quantum ab eo decumanus petiri; iudicem eidat Siculum magistratum: ut ipse contra publicanum agat, si plus ei dederit, quam debet; iudices dat recuperatores de cohorte sua. Non malum est, inquit, esse istam formidinem, & quod secum Verres tacite cogitabat, id eum singit dicere. ISTA M. formidinem, & iudicij recuperatorum, quo decumano uocare potest aratorem, quasi minus acceperit ab eo, quam petierit. CVM exactum sit & cum exegerit Siculus magistratus. NE SE commoueat, & arator: ne queri audeat. RELIQVS metus iudicij sit. & metuat illud iudicium, quo potest, agente publicano, quadrupli condemnari. Ad quam ratione Verris ita Cicero ex aratoris persona responderet: Si iudicio a me uix exigere. Sunt enim haec sine dubio aratoris uerba, non, ut alij putant, decumani. HANC UIM & Siculi magistratus. IVTER pro, alteruter, ut alibi. QVANTVM commodum est, & quantumlibet. sic locutus lib. I. De capite, quantum commodi fuerit, frumenti decumani detraherit. Lib. II. Eum iudicem, quem commodum erat, dabat. LUTEVIS, & hebes, ac tardus. sic Luteum negotium, pro nullius pretij, dixit lib. IV. ETIAM & pro, tamen. PECULIARE & nouum, Verrisq. proprium, non cum alijs commune prætoribus: ut infra: Peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit?

posit? MATVRE ſante quam corrumpantur. Ex LEONTINOꝝ urbs uocatur Leontinum, non utalij ſunt arbitrati, Leontini itaque lib. II. Leontini miſera in ciuitate, dixit generandi caſu. CA. LVMNIA ND I quaeſtus ſe quaeſtus aſtuto conſilio contractus. nam aratores miſeri, ne tam longe ire cogerentur, quauiſ, etiam iniquiſſima, condicione cum Apronio paciſcebantur.

## O R A T I O

**S**ED uos fortaffe, quod uos lex commonet, id in hoc loco quaeretis, num quas ex hifice rebus pecunias ceperit. docebo, cepiſſe maximas; omnesq; eas iniquitates, de quibus anteā dixi, ſui quaeſtus cauſa reperiſſe conuincam; ſi prius illud propugnaculum, quo cōtra omnes meos impetus uſurum ſe putet, deſenſione eius deiecerō. Magno, inquit, decumas uendidi. quid aīſ? an tu decumas, homo audaciſſime, atque amentiſſime, uendidiſti? tu partes eas, quas te ſenatus populusq; R. noluit, an fructus integrōs, atq; adeo bona, fortunasq; aratorum omnes uendidiſti? ſi palam praeco iuſu tuo praedicasſet, non decumas frumenti, ſed dimidiias uenire partes, et ita emptores acceſſiſſent, ut ad dimidiias partes emendas; ſi pluris uendidiſſes tu dimidiias, quam ceteri decumas; cuinam mirum uideretur? quid uero? ſi praeco decumas pronunciauit; re uera, hoc eſt lege, edicto, condicione, plus etiam quam dimidiia uenierunt; tamen hoc tibi praeclarum putabis, te pluris, quod non licebat, quam ceteros, quod oportebat, uendidiſſe? Pluris uendidi decumas, quam ceteri. quibus rebus id affecutus eſt? innocentia? adſpice aedem Caſtoris: deinde, ſi audeſ, fac mentiōne innocentiae. diligentia? codicis lituras tui contemnare in Sthenij Thermitani nomine: deinde aude te dicere diligentem. ingenio? qui teſtes interrogari priorē actione nolueris; & ijs tacitum os tuū praeberere malueris; quamuis & te, & patronos tuos ingeniosos eſſe dicitο. quare igitur id, quod aīſ, affecutus eſt magna eſt enim laus, ſi ſuperiores conſilio uiciſti, poſterioribus exemplum, atque auctoritatē reliquisti tibi, forte idoneus fuit nemo, quem imitare. at te uideſſet inuentorem rerum optimarum, ac principem, imitabuntur omnes. quis aratorum te praetore decumam dedit? quis duas? quis non maximo ſe affecutum beneficio putauit, cū tribus decumis pro una defungetur? praetor paucos, qui propter ſocietatem furorum tuorum nihil omnino dederunt. Vide inter importunitatē tuam, ſenatusq; bonitatem quid interſit. ſenatus, cum temporibus reip cogitur, ut decernat, ut alterae decumae exigantur, ita decernit, ut pecunia pro his decumis ſoluatur aratoribus, ut, quod plus ſumitur quam debetur, id emi, non auferri putetur. tu, cum tot decumas non S.C. ſed nouis edictis tuis, nefarijſq; iſtitutis exigeres, & criperes, magnum te feciſſe arbitrabere, ſi pluris uendideris, quam L. Hortensius, pater iſtius Q. Hortensijs, quam Cn. Pompeius, quam M. Marcellus: qui ab aequitate, ab lege, ab iſtitutis non recesserunt. an tibi unius anni, aut biennij ratio babenda fuit; ſalutis prouinciae, commoda rei frumentariae, ratio reip. in poſterum fuit negligenda? cum ita rem conſtitutam accepifſes, ut & populo R. ſatiſ frumenti ex Sicilia ſuppedaretur, & aratoribus tamen arare, atque agros colere expediret; quid effeciſti? quid affecutus eſt? ut praetore te neſcio quid ad decumas accederet, deferendas arationes, relinquendasq;

curasti. ſucceddit tibi L. Metellus. tu innocentior, quam Metellus? tu laudis, & honoris cupidior? tibi enim conſulatus quaerebatur, Metello paternus honor, & auritus negligebatur. multo minoris uendidit, non modo quam tu, ſed etiam quam qui ante te uendiderunt, quaero, ſi ipſe excogitare non poterat, quemadmodum quam plurimo uenderet: ne tua quidem recentia proximi praetoris ueligia perſequi poterat, ut tuis praefectis, abs te princepe inuentis, & excogitatis, edictis, atque iſtitutis ueteret? ille uero tu ſe Metellum minime fore putafſet, ſi te ulla in re imitatus eſſet: qui ab urbe Roma, quod nemo umquam poſt hominum memoria fecit, cum ſibi in prouinciam proficiendum putaret, litteras ad Siciliae ciuitates misit, per quas horatatur, & rogat, ut avert, ut ferant in beneficio populi R. hoc petit aliquando ante aduentum ſuum: & ſimiliter ostendit ſe lege Hieronica uenditurum, hoc eſt in omniratione decumarum nibil iſtū ſimile facturum. atque haec nō cupiditate aliqua ſcribit adductus, ut in alienā prouinciam mittat litteras ante tempus, ſed conſilio, ne ſi tempus ſationis praeteriſſet, granum in prouincia Sicilia nullū haberemus. Cognoscite Metelli litteras. Recita. Epiftola L. Metelli. Hae litterae, iudices, L. Metelli, quas audiſtis, hoc, quantum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt, glebam commoſſet in agro decumano Siciliae nemo, ſi Metellus hanc epiftolam non miſſet. quid, Metello diuinitus hoc uenit in mentem, an ab Siculis, qui Roman frequentiſſimi conuenierant, negotiatoribusq; Siciliæ docti eſt? quorum quanti conuentus ad Marcellos, antiquiſſimos Siciliæ patronos, quanti Cn. Pompeium, coſulem designatum, ceterosq; illius prouinciae neceſſarios fieri ſoliti ſint, quiſ ignorat? quod quidem iudicium nullo umquā de homine factum eſt, ut abſens acceſſaret ab ijs palam, quorum in bona, liberosq; ſumum imperium, poſteſtatemq; haberet. tantuſ erat iniuriarum, ut homines quiduis perperi, quam non de iſtius prauitate, & iniurijs deplorare, & conqueri malent. quas litteras cum ad omnes ciuitates prope ſuppliſſerat Metellus, tamen antiquum modum ſatiſ nulla ex parte exequi potuit, diſfugerant enim permuliſ, id quod ostendam: non ſolum arationes, ſed etiam ſedes suas patrias, iſtius iniurijs exagitati, reliquerant. non mehercu' e criminis angendi cauſa diſta, iudices: ſed quem accepi ipſe oculis, animoq; ſenſu, bunc uere apud uos, & ut potero planiſſime exponam. nam cum quadriennio poſt in Siciliam uenirem, ſic mihi affecta uifa eſt, ut eae terrae ſolent, in quibus bellū acerbum, diuturnumq; uerſatum eſt. quos ego campos antea, collesq; nitidiſſimos, uiridiſſimosq; uidiſſem, hoi ita uastatos, nunc ac dertiſſimis uidebam, ut ager ipſe cultorem diſiderare, ac lugere dominum uideretur. Heribitenſis ager, Ennensis, Murgentinus. Aſſorinat, Macharensis, Agyrinensis ita relictus erat ex maxima parte, ut non ſolum iugerum, ſed etiam dominorum multith-

multitudinem quaereremus. Aetnenis uero ager, qui sollebat esse cultissimus, & quod caput est rei frumentariae, campus Leontinus, cuius antea species haec erat, ut cum obscum uidisses, annonae caritatem non uerere, sic erat deformis, atque horridus, ut inuber rima Siciliae parte Sicilia quaereremus. labefactarat enim uebementer aratores iam superior annus, proximus uero funditus euerterat.

## EXPLANATIO

**L**Ex de repetundis, qua iudicium hoc est constitutum. IN STHENIT Thermitani nomine. & cuius enim absens nomen delatum esse iam scripsérat, cum postea coram esse delatum, scripsit in eodem codice. quod sine litura fieri non potuit. lib. II. Tollit ex tabulis id, quod erat; & facit, coram delatum esse. Quid testes interrogari priori actione nolueris, & testes interrogati erant priore actione: quod supra iam saepe demonstratum est. Sed Verres ipse, cum eos interregare posset, tacuerat. quod quia fuit impudentiae, (quis enim reus suos testes non interrogat? propterea dixit Cicero, Et ijs tacitum os tuum præbtere malueris. Videtur autem legendum potius, Interrogare, quam Interrogari. ut ad ipsum Verrem referatur: de quo lib. V. Reducam iterum equitem Romanum L. Flauium, si uoles: quoniam priore actione, ut patroni tui dicitant, noua quadam sapientia, ut omnes intelligunt, conscientia tua, atque auctoritate meorum testimoniis, testem nullum interrogasti. PATRONOS tuos & quorum consilio testem nullum interrogasti, noua quadam sapientia, ut ipso dicitabant. CN POMPUS, & hoc anno consul. Opinor significari tempus illud, cum Pompeius in Sicilia Carbonem consulem occidit. MARCELLVS & qui lib. I. nominatur, & in oratione pro Quintio iudeo est. PATERNS honor, & aviis & nam & L. Metellus Dalmaticus pater huius Metelli, & Q. Metellus Macedonicus, avi, consules fuere. METELLVM minime fore putasset, & eo dignum nomine fuit enim familia Metellorum nobilissima, plurimis decorata consulatibus, censuris, triumphis. unde illud Naeuij poetae: Fato Metelli Romae sunt consules. Eadem laude Metellos ornauit lib. V. Facile inquit, esse perspicuum, quantum inter hunc, & illum Numidicum uerum & germanum Metellum interesset. ABVRBE Roma, & cum nondum Verres e Sicilia decessisset. ideo subiungit, In alienam prouinciam. HORNOTINI & huius anni. VTA BSENS accusaretur & absente Verrem Siculi Romae accusabant, cum is adhuc Siciliae praeesset, atque in eorum bona, liberosq. summum imperium, potestatemq. haberet. ANTIQVM modum sationis & quantum seriat ante solebat. sic dicitur, de agri modo. NON SOLVM ingerum, & quia non arabantur. QVADRIENNIO post & postquam in ea prouincia quaestor fuerat. SED ETIAM dominorum & quia disfugerant, sedibus patris relictis. ideo dixit proxime: Ut ager ipso cultorem desiderare, ac lugere dominum uideretur. QVOD caput est rei frumentariae, & hinc illud Phil. II. Quid iam querar de agro Leontino? quoniam quidem haec quondam arationes in populi Romani patrimonio grandiferae, & fructuose ferebantur.

## ORATIO

**T**U mibi etiam audes mentionem facere decumatum? tu in tanta acerbitate, in tot, & tantis iniuriis, cum in aratonibus, & in earum rerum iure prouincia Sicilia confusat, eneris funditus aratoribus, refectis agris, cum in prouincia tam l'ocplete, ac referta non modo rem, sed ne spem quidem ullam reliquam cui quam feceris, aliquid te populare putabis habere, cum dices te pluris, quam ceteros, decumas uendidisse? quasi uero aut populus R. hoc uoluerit, aut senatus hoc tibi mandauerit, ut, cum omnes aratorum fortunas decumarum nomine eriperes, in posterum fructu illo, commodoq. rei frumentariae populum R. priuaves; deinde, si quam partem tuac praedac ad sumمام decumarum addisses, bene de populo R. meritis uiderere. Atque haec, perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda, quod propter gloriae cupiditatem, ut aliquos summa decumarum uinceret, acerbiorum legem, duriora edita interposuerit, omnium superiorum auctoritatem repudiari. Magno tu decumas uendidisti. quid, si doceo te non minus dominum tuam auertisse, quam Romanum misisse decumarum nomine? quid habet popolare ratio tua, cum ex prouincia populi R. ae quam partem tu tibi sumpseris, atque populo R. miseris? quid, si duabus partibus, doceo, te amplius frumenti abstiu-

lisse, quam populo R. misisse? tamen ne puramus patrōnum tuum in hoc crimine cerviculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum? Haec uos antea, iudices, uerum fortasse ita auditis, ut auctorem rumorem haberetis, sermonemq. omnium. Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereta, ut simul illam quoque eius uocem improbam agnoscatis, qui se uno uesti decumarum omnia sua pericula redempturum esse dicebat. Audiuimus hoc iam diu, iudices: nego quemquam esse uestrum, qui saepe auerit, socios istius decumanos. nihil aliud arbitror in istum falso esse dictum ab ijs, qui male de isto existimarent, nisi hoc. nam socij putandi sunt, quos inter res communicata est. ego rem totam, fortunasq. aratorum omnes istius fuisse dico: Apronium, Veneriosq. seruos, quod isto praetore fuit nouum genus publicanorum, ceterosq. decumanos, procuratores istius quae-  
stus, et ministros rapinarū dico fuisse. Quo modo hoc doces? quo modo ex locatione illa colunarū docui istū esse praedatū? opinor ex eo maxime, quod iniquam legē, non uam dixisset. quis enim unquam conatus est iura omnia, & consuetudinem omnium commutare cum uituperatione, sine uestu? Pergam, atque insequebar longius, iniqua lege uendebas, quo pluris uenderes. cur, B B iam

iam addictis, & uenditis decumis, cum iam ad summam decumarum mib, ad tuum quaestum mulū posset accedere, subito atque ex tempore noua nasce bantur edicta & nam ut uadimonium decumano, quocumque is uellet, promitteretur; ut ex area, nisi pactus esset, arator ne tolleret; Kal. Sext. decumas deportatas haberent, haec omnia, iam uenditis decumis, anno tercio te edixisse dico. quae si retp. causa facies, in uendundo esēt pronunciata: quia tua causa faciebas, quod erat imprudentia praetermissum, id, quaestu, ac tempore admonitus, reprehendiſti. Illud uero cui probari potest; te sine tuo quaestu, ac maximo quaestu, tam tuam infamiam, tantum capitis tui fortunarumq. periculum neglexisse ut, cum totius Sciciliae quotidie

gemitus, querimoniaq. audires; cum ut ipse dixisti, reum te fore putares; cum huic iudicij descrimen ab opinione tua non abborreret, patere tam aratores indignissimi iniurijs uexari, ac diripi, profecto, quamquam es singulari crudelitate, & audacia, tam ab te totam alienari prouinciam, tot honestissimos tibi ini micissimos fieri nolles, nisi hanc rationem, & cogitationem salutis tuae, pecuniae cupiditas, ac praesens illa praeda superaret. etenim, quoniam summan, & numerum iniuriarum, iudices, nobis non possum expōnere, sigillatim autem de uniuscuiusque incommodo dicere infinitum est; genera ipsa iniuriarum, quoſ cognoscere.

## EXPLANATIO

**P**O PVLARE & quod populo placere debeat. S V P E R I O R annus, & secundus Veris annus. PRO XIMVS & tertius. Duos tantum annos nominat, quia primo anno Veres & sata, & bene culta inuenit omnia, sed ita aratores affixit, ut pro eius anno in annum secundum multo minus serenter, quam solerent. anno autem secundo eos plane perdidit, ut multo etiam minus, quam primo, serenter. nam tertio, literis ac precibus Metelli, qui successurus erat Verri, ad arationes redierunt. C E R V I C U L A M iactaturum, & notat in Hortenli motum ceruicis lasciuorem in agendis cauſis. P O P V L O se ad coronam daturum. & populi gratiam aucupaturum, quasi magno decumas uenderis. Ad coronam, & ad omnes, qui circa iudicium stabant. L O C A T I O N E illa columnarum & quae erant in aede Castoris, quas locauit HS DLX milibus. lib. I. P R A E D A T V M ? & ex pupillo Iunii bonis. I N I Q V A M legem, & correxit enim Veres, praetor urbanus, legem censoriam de fartis rectis, supra: Eundemq. te memini censorias quasque legis in fartis rectis exigendis tollere, & commutare. Et lib. I. C. Veres, praeter urbanus, addidit. Corriguntur leges censoriae. Ac tempore & non cum decumas uenderes, uerum aliquanto post, rediligentius ad tuum quaestum cogitata. R E P R E H E N D I S T I. & reuocasti: omissum antea per imprudentiam, ad monente quaestu fecisti.

## ORATIO

**N**YMPHO est Centuripinus, homo natus, & indu strius, experientissimus, ac diligentissimus arator. cum arationes magnas conductas, haberet, quod homines etiam locupletes, sicut ille est, in Sicilia face re confuerunt; easq. magna impensa, magno instrumento tueretur; tanta ab isto iniuitate oppressus est, ut non modo arationes relinqueret, sed etiam ex Sicilia proficeret, Romamq. cum multis una ab isto electis ueniret. fecit, ut decumanus Nymphonem vocaret ex edicto illo praeclaro; quod nullam ad aliam rem, nisi ad huiusmodi quaestus, pertinebat; numerum iugerum professum non esse. Nympho cur se uellet aequo iudicio defendere, iste uiros optimo recuperatores dat, eudem illum me licum Cornelium, (is est Artemidorus Pergaeus, qui in sua patria duxisti quondam, & magister ad despoliandum Diana templum fuit) & harrupicem Volusianum, & Valerium praecomen. Nympho, antequam plane constitit, condemnatur. quanti, fortaſſe quaeritis. nulla erat editi poena certa. frumenti eius omnis, quod in areis esset. sic A pronus decumanus non decumam debitam, non frumentum remotum, atque caelatum, sed tritici septem millia medimnū ex Nymphonis arationibus editi poena, non redemptio nis aliquo iure tollit. Xenonis Meneni, nobilissimi hominis, uxor fundus erat colono locatus: colonus, quod decumanorum iniurias ferre non poterat, ex agro fugerat. Veres in Xenonem iudicium dabat illud

ſuum damnatorium de iugerum professione. Xenon ad ſe pertinere negabat, fundum elocatum eſſe dicebat. dabit iste iudicium; ſi pareret iugera eius modo fundi eſſe plura, quam colonus eſſet professus, tum Xenon darem, dicebat ille, non modo non arare ſed id, quod in fatis erat, ſed nec dominum eius eſſe fundi, nec locatorem; uxorem eſſe, eam ipsam ſuum negotium gerere, ipam locauisse, defendebat Xenonem, homo summo ſplendore, & ſumma auctoritate praeditus, M. Cosetius. iste nabilo minus iudicium LXXX dabit. ille tametsi recuperatores de coborte latronum ſibi parari uidebat; tamen iudicium accepturum ſe eſſe dicebat. tum iste magna noce Venerijs imperat, Vt Xenonem adirent; dum res iudicaretur, hominem ut afferuarent, cum iudicatum fit, ad ſe adducant. & illud ſimul dixit, ſe non putare illum, ſi propter diuitias poenas damnationis contemneret, etiam uirgas contemnere. hac ille ui, & hoc metu adductus tantum decumanus, quantum iste imperauit, exſoluit. Polemar chus est Murgentinus, uir bonus, atque beneſtus, is; cum pro iugeribus quinquaginta, medimna DCC decumae imperarentur, quod recuſabat, domum ad iſtum in ius deductus eſt; & cum iste iam cubaret, in cubiculū introductus eſt; quod niſi mulieri, & decumano, patebat alijs nemini. ibi cum pugnis, & calcibus conciſus eſſet, qui DCC medimnī decidere noluerat, mille promiſit. Eubulides eſt Groſthuſ Centuripinus, homo

homo cum uirtute, & nobilitate domi suae, tum etiam pecunia princeps. huic homini, indices, honestissimae ciuitatis honestissimo, non modo frumenti scitote, sed uitae, & sanguinis tantum relictum reesse, quantum Apronij libido tulit. nam uero, malo, plagi adductus est, ut frumenti daret, non quantum haberet, sed quanum cogeretur. Sostratus, & Numenius, & Nymphodorus eiusdem ciuitatis, cum ex acriis tres fratres confor-tes profugissent, quod ijs plus frumenti imperabatur, quam quantum exarabant, hominibus exactis, in eo-rum arationes Apronius uenit, omne instrumentum di-ripuit, familiam abduxit; pecus abegit. postea, cum ad eum Nymphodorus uenisset Ennam, & oraret, ut sibi sua restituarentur; hominem corripi, ac suspendi insit in oleastro quadam, quae est arbor, indices, in foro tamquam peperit in arbore socius, amicusq. populi R. in sociorum urbe, ac foro colonus, aratorq. ue-ster, quam diu uoluntas Apronij fuit. Genera iam du-dum innumerabilium iniuriarum, indices, singulis no-niibus profero: infinitam multitudinem iniuriarum praetermitto. uos ante oculos, animosq. uestrorum tota Sicilia decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, huius importunitatem, Apronij regnum propone. Contempst Siculos: non duxi homines: nec ip-sos ad persequendum uebementes fore, & uos eorum iniurias leuiter laturos exsiliimaut. esto: falsam de il-lis habuit opinionem, malam de nobis. uerum tamen, cu de Siculis male mereretur, ciues R. coluit, his indul-sit, eorum uoluntati & gratiae deditus fuit. iste ciues R. at nullis inimicior, aut infestior fuit. mitto unclu-, mitto caycerem, mitto uerbera, mitto secures, crucem denique illam praetermitto, quam iste ciuibis R. re-stem humanitatis in eos, ac benevolentiae suae uoluit esse: mitto, inquam, haec omnia, atque in aliud dicere-tempus reiicio: de decumis, de ciuium R. condicio-ne in arationibus diffuso. qui quemadmodum essent ac-cepti, indices, audistis ex ipsis: bona sibi erupta esse, dixer. uerum haec, quoniā huiusmodi casus affuit, ferenda sunt, nihil ualuisse acquitatem, nihil consuetu-dinem: danna denique, indices, nulla tantas sunt, quae non uiri fortes, magno, & libero animo affecti, ferenda arbitrentur. quid, si equitibus R. non obscuris, ne-que ignotis, sed honestis, & illustribus manus ab Apronio, isto praetore, sine ulla dubitatione offereban-tur? quid exspectatis? quid a me amplius dicendum pu-tatis? an id agendum, ut eo celerius de isto transfiga-mus, quo maturius ad Aproniu possumus, id quod ego illiam in Sicilia pollicitus sum, uenire? qui C. Ma-trinium, indices, summa uirtute hominem, summa industria, summa gratia, Leontinus in publico biduum tenuit. atque ab Apronio, indices, homine in dedecore-nato, ad turpitudinem educato, ad Verris flagitia, libidinesq. accommodato, equitem R. scitote biduum-cibo, rectioq. prohibitum, biduum Leontinus in foro cu-stodijs Apronij retentum, atque seruatum, neque ante dimissum, quam ad condiciones eius depactus est. Nam quid ego de Q. Lollio, indices, dicam, equite R. spectato, atque honesto? clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima, atque notissima. qui cu-erat in Ennensi, cum is ager Aproniu cum ceteris agris esset traditus, equestri ueteri illa & auctoritate, & gratia fretus affirmauit, se decumanis plus, quam debere, non daturum. refertur eius sermo Apronio.

enim uero iste ridere, ac mirari Lollium nihil de Ma-trino, nihil de ceteris rebus audisse. mittit ad hominem Venereos. (hoc quoque attendite, apparitores a praetore assignatos habuisse decumanum: si mediocre argumentum uideri potest, istum decumanorum nomi-ne ad suos quaestus esse abusum) adducitur a Veneris, atque adeo atrahitur Lollius, commode, cum Apronius a palaestra redisset, & in triclinio, quod in foro Ennae strauerat, decubuisse. statuitur Lollius in illo tempore gladiatorum coniuiio. non mebercule, quae loquor, crederem, indices, tametsi uulgo audieram, nisi mecum ipse senex, cum mibi, at que huic uoluntati ac-cusacionis meae lacrymas gratias ageret, summa cum auctoritate esset locutus. statuitur, ut dico. eques R. prope annos x c. natus in Apronij coniuiio, cum interea Apronius caput, atque os suum unguento perfricaret. quid est, Lollus, inquit? tu, nisi milo coactus, recte facere nescis? homo, quid ageret, taceret, re-sponderet, quid faceret denique, illa auctoritate, & aetate praeditus, nesciebat. Apronius interea ce-nam, ac pocula poscebat. serui autem eius, qui & moribus iisdem essent, quibus dominus, & eodem ge-nere, ac loco natii, praeter oculos Lollus haec omnia fe-rebant. ridere conuiae, cachinnari ipse Apronius. nisi forte existimat, cum in uino, ac luxu non risisse, qui nunc in periculo, ac exitio suo risum tenere non pos-sit. ne multa, indices: his contumelijs scitote Q. Lollium coactum ad Apronij leges, condicioneq. uenisse. Lollius aetate, & morbo impeditus, ad testimonium di-cendum uenire non potuit. quid opus est Lollo? & nema-hoc nescit: nemo tuorum amicorum, necno abs te pro-ductus, nemo abs te interrogatus, nunc se primū hoc dicet audire. M. Lollius, filius eius, adolescens le-diſſimus, praefecto est: huius uerba auditis. nam Q. Lollius eius filius, qui Calidum accusauit, adolescentes & bonus, & fortis, & in primis disertus, cum his iniurijs contumelijsq. commotus in Siciliam estet pro-fectus, in itinere occisus est. cuius mortis causam fugitiui sustinet: re quidem uera nemo in Sicilia dubitat, quin eo sit occisus, quod habere clausa non potuerit sua confilia de Verre. iste porro non dubitat, quin-is, qui antea alium studio adductus accusasset, sibi aduenienti praefecto esset futurus, cum est parentis iniurijs, & doméstico dolore commotus. Nam ne intelli-gitis, indices, quae pestis, quae immanitas in uestra antiquissima, fidelissima, proximaq. prouincia uersa-sit? iam ne uidetis, quam ob causam Sicilia, tot homi-num antea furtiva, rapinas, iniquitates, ignominiasq. perpeſſa, hoc non potuerit nouum, ac singulare, atque incredibile genus iniuriarum, contumeliarumq. ferre? iam omnes intelligunt, cur uniuersa prouincia defen-sores suae salutis eum quaesivit, cuius iste fidei, dilig-entiae, perseveraniae nulla ratione eripi posset. tot iudicijs interfuerunt: tot homines nocentes, & impro-bos accusatos & uicti, & superiorum memoria scitis esse: ecquem uidiſſis, ecquem audistiſſis in tantis furtis, in tam apertis, in tanta audacia, tanta impudentia es-ſe ueratum? Apronius stipatores Venereos secum babe-bat: ducebat eos circum ciuitates: publice sibi conui-ua parari, sterni triclinia etiam in foro iubebat, eo con-uocari homines honestissimos, non solum Siculos, sed etiam equites R. ut, quocum mire conuinctum nemo um-quam, nisi turpis, impurusq. uoluisset, ad eius conui-

uum spectatissimi , atque honestissimi uiri tenerentur , baec tu omnium mortalium profligatissime , ac perditissime cum scires , cum audires quotidie , cum uideres ; si sine tuo maximo quaestu fierent , cum tanto periculo tuo fieri patere , atque concederes ? & tandem apud te quaestus Aproni , tantum eius sermo inquinatissimus , & blanditiæ flagitiosæ ualuerunt , ut numquam animum tuum cura tuarum fortunarum , cogitat iaq. tangeret . Cernitis , iudices , quod , & quantum incendium decumanorum impetu non solum per agros , sed etiam per reliquas fortunas aratorum , non solum per bona , sed etiam per iura libertatis , & ciuitatis

istò praetore perueraserit . uidetis pendere alios ex arbore , pulsari autem alios , & uerberari , porro alios in publico custodiri , destituti alios in coniuio , condemnari alios a medico , & praecone praetoris , bona tamen interea nihilo minus eorum omnium ex agris auferri , ac diripi . quid è est hoc populi R. imperium ? populi R. leges ? iudicia ? socij fideles ? prouincia suburbana ? non ne omnia potius eiusmodi sunt , quae , si Athenienses essent , in Sicilia non fecisset ? non inquam , iudices , eset ullam partem istius nequitiae fugitiuorum insolentia consecuta .

## EXPLANATIO

**E**V NDE illum quem supra nominaui . PERGAMENVS , & omnino , Pergaeus , aut , Pergamus , usitatum formulatum initium , de quo iam diximus . T V M X E N O damnaretur . & hoc perficit tentiam : & mihi tamen uidetur abundare , & subaudiendum potius , quam addendum . haccenim formularum consuetudo fuit , ut subaudiretur . uideamus exempla . pro Q Roscio . Quid est in iudicio ? directum , asperum , simplex : Si pareret , HS 1200 deberi . subaudi , Condemnaretur . In Diuin . Iudicium dat statim : Si pareret , eam se , & sua Veneris esse dixisse . Et lib . II . Si pareret , fundum . Capenatem , quo de agitur , ex iure eum P. Seruilij esse , neque is fundus Q Catulo restitueretur . Subaudi , Coge Seruiliuim iudex , uteum Catulo fundum restituat . Ethic infra : Si pareret , aduersus edictum fecisse . Subaudi , Condemnarentur . Atque hoc , quod ego subaudiri malim , quam addi , Theophilus in suis instiit . interdum addit , Index cum condemnata . HS 1200 & haec in edito scripta poena erat , si quis iugera non esset professus . VENERIIS & apparitoribus Veris : quorum nonnullos decumanos esse uoluit . supra : Apronum Veneriosq. seruos , quod istò praetore nouum genus publicanorum fuit . Et infra : Mittit ad hominem Venerios . Lib . V . Hominem iubet Lilybaeum Venerio seruo promittere . MEDIMNA & medimum senos modios capit . CONSORTES & bonis ijsdem fruentes . CRUCEM & in quam egit P. Gauium , ciuem Romanum . lib . V . CONDICIONE & quo apud hunc loco fuerint . DE ISTO transfiguratus , & ego accusando , vos condemnando . AD APRONIVM & de maiestate accusandum , qui equitibus Romanis manus attulerit . LEONTINIS & aut ubique , Leontinis . legendum : ut urbs ipsa , Leontini , dicta sit : aut , ubi legitur , Leontini , reponendum Leontinis . COMMODE , & satis humane ironia : quod pro Aproni libidine eques Romanus attraheretur . STATUIT VR Lollius in illo tempestiu gladiatorum coniuio , & iocatur in duobus nominibus Tempestiu , Gladiatorum : quasi tempestiu usitato uocabulo coniuio , in quo gladiatores decumberent , appellari non deberet . SVBVRBANA : & admodum propinqua . lib . II . Quemadmodum propinquis uos uestris praedijs maxime delectamini , sic populo Romano iucunda suburbanitas est huiusc prouiniae .

## ORATIO

**P**RIVATIM hoc modo . quid publice ? ciuitates quemadmodum tractatae sunt ? audiatis per multa iudicia , & testimonia ciuitatum , & reliqua rum audietis . ac primum de Agyrinensi populo , fideli , & illustri , breuiter cognoscite . Agyrinensis est in primis honesta ciuitas Siciliae , hominum ante bunc praetorem locupletum , summorumq. aratorum . eius agri decumas cum emisset idem Apronius , Agyrium uenit . qui cum eo cum apparitoribus , id est cum ministis , ac iuueniasset , poscere pecuniam grandem coepit , ut accepto lucro discederet . nolle se negotiis quidquam habere dicebat , sed , accepta pecunia , quamprimum aliam ciuitatem occurrere . sunt omnes Siculi non contemnendi , si per nostros magistratus liceat , sed homines & satis fortes , & satis plane frugi , ac sobrij , & in primis haec ciuitas , de qua loquor , iudices . itaque homini in primis improbissimo respondent Agyrineuses , sese decumas ei , quem admodum de-

berent , datus , lucrum , cum ille magno praesertim emisset , non addituros . Apronius certiorem facit istum , cui a res erat , quid esset . statim , tanquam coniuratio aliqua Agyri contra remp. facta , aut legatus praetoris pulsatus esset , ita Agyrio magistratus , & quinque primi accitu istius euocantur : uenient syracusas : praefectus est Apronius : ait eos iplos , qui uenissent , contra edictum praetoris fecisse . quarebant , quid respondebat , se ad recuperatores esse dicturum . iste , aequissimus homo , formidinem illam suam miseris Agyrinensibus iniiciebat , recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur . Agyrinenses , uiri fortissimi , iudicium se passuros esse dicebant . ingerebat iste Artemidorum medicum Cornelium , praecomenem Tlepolemum , & eiusmodi recuperatores : quorum cuius R. nemo erat , sed Graeci sacrilegi , iam pridem improbi , repente Cornelij . uidebant Agyrinenses , quidquid ad eos recuperatores Apronius attulisset , illum

illum per facile probaturum: condemnari cum istius iniuria, infamiaq. malebant, quam ad eius conditio-nes, pationesq. accedere. quaerebant, quae in uerba recuperatores daret: respondebat, si pareret aduersus editum fecisse, quae in iudicio dicturum esse dicebat. iniquissimis uerbis, improbissimis recuperatoribus, conflectari malebant, quam quidquam cum isto sua uolumitate decidere. summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si sapient, ut transigerent. pernega-bant, quid ergo in singulos HS quinquagenis milli-bus damnari multis malle dicebant. tum iste, cla-re omnibus audientibus, qui damnatus erit, inquit, uirgis ad necem caedetur. hic illi flentes rogare, atque orare coepérunt, ut sibi suas segetes, fructusq. omnes, arationesq. uacuas Apronio tradere liceret, ut ipsi si-ne ignominia, molestiaq. discederent. Hac lege, iudices, decumas uenidit Verres. dicat licet Horten-sius, si audet, magno Verrem uenidisse. haec condi-cio fuit isto praetore aratorum, ut secum praecclare agi arbitrentur, si uacuos agros Apronio tradere liceret. multas enim crucis propositas effugere cupiebant. quantum Apronius edidisset deberi, tantum ex edito dandum erat. etiam ne si plus edidisset, quam quan-tum natum eset? etiam quo modo magistratus ex ipius edito exigere debebant. at arator repetere po-terat. uerum Artemidoro recuperatore. quid, si mi-nus arator dedisset, quam poscisset Apronius? iudicium in aratorem in quadruplicem. ex quo iudicium, numero? ex cohorte praetoris, praeclaris, honestissi-morum. quid amplius? minus te iugerum professum esse dico: recuperatores reiice, quod aduersum edi-tum feceris. ex quo numero? ex eadem cohorte. quid erit extreum? si damnatus eris, (nam dubitatio da-mnationis, illis recuperatoribus, quae poterat eset?) uirgis te ad necem caedi necesse erit. His legibus, his conditionibus, erit quisquam tam stultus, qui decu-mas uenisse arbitretur? qui aratori nonem partes reli-quas factas esse existimet? qui non intelligat, istum, sibi quaefueri, praedaeq. habuisse bona, possessiones, fortunas aratorum? Virgarum metu Agyrinenses, quod imperatum eset, facturos se esse dixerunt. acci-pite nunc, quid imperavit? & dissimulate, si potestis, ut intelligere ipsum praetorem, quod tota Sicilia per-sperxerit, redemptorem decumaram, atque adeo arato-rum dominum, ac regem fuisse. Imperat Agyrinensis, ut decumas ipsi publice accipiant, Apronio lucri dent. si magno emerat; quoniam tu es, qui di- ligentissime pretium exquisisti, qui, ut ait, magno uedi disti; quare putabas emptori lucrum addi oportere? esto: putabas. quamobrem imperabas, ut adderent? quid est aliud capere, & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si hoc non est, ui, atque imperio cogere inuitos lucrum dare alt eri, hoc est pecuniam dare? Age, quid tum. si Apronio, deliciis praetoris, lu-celli aliquid iussi sunt dare, putare Apronio datum, si Apronianum lucellum, ac non praetoria præda uobi uidebitur. Imperas, ut decumas accipiant; Apronio dent lucrum, tritici medimum  $\text{XXXI}$  quid est hoc? una ciuitas, ex uno agro plebis Romanae, pro-pe menstruacibaria, praetoris imperio, donare Apronio cogitur. tu magno decumas uenidisti; cum tan-tum lucri decumano sit datum? profecto, si pretium exquisites diligenter, tum, cum uendebas, medi-

mnum potius addidissent, quam HS  $\text{XXXI}$  postea. Magna prædia uidetur: audite reliqua, & diligenter attendite; quo minus miremini Siculos re necessaria coactos auxilium a patronis, a consulibus, ab se-natu, ab legibus, a iudicis petiūsse. Ut probares Apronius hoc triticum, imperat Agyrinensis Verres, uti in medimna singula dentur Apronio HS tres. quid est hoc? tanto numero frumenti in luci nomen im-perato, expresso, nummi praeterea exigentur, ut pro-betur frumentum? an poterat non modo Apronius, sed quiuis, exercitiū si metuendum esset, improbare Siculum frumentum, quod illi ex area, si uellet, ad-metiri licebat? frumentum tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur. non est satis, nummi praeterea, imperantur. dantur. parum est, pro decumis hordei, alia pecunia cogitur. iubes HS  $\text{XXXI}$  lucri dari. ita ab una ciuitate, ui, minis, imperio iniuriaq. praeto-ris, evipiuntur tritici medimum  $\text{XXXI}$ , & præ-terea HS  $\text{XXXI}$  an haec obscura sunt? aut, si om-nes homines uelint, obscura esse possunt? quae in pa-lam egisti: in conuentu imperasti: omnibus inspectan-tibus coegeris: qua de re Agyrinenses magistratus, & quinque primi, quos tui quaestus causa euocasti, acta, & imperia tua domum ad senatum suum renunciaverunt: quorum renuntiatio legibus illorum, litteris pu-blicis mandata est. quorum legati, homines nobilissimi, Romae sunt, qui hoc idem pro testimonio dixerunt. Cognoscite Agyrinensium publicas litteras, deinde te-stimonium publicum ciuitatis. Recita. LITERAE PUBLICAE. TESTIMONIVM. PUBLICVM. An-imaduertistis in hoc testimonio, iudices, Apollodorum, cui Pyragro cognomen est, principem suae ciuitatis, lacrymantem testari, ac dicere, nunquam, post popu-li R. nomen ab Siculis auditum, & cognitum, Agyrinenses contra quemquam infimum ciuem R. dixisse, aut fecisse quippiam; qui nunc contra praetorem popu-li R. magnis iniurijs, & magno dolore, publice testi-monium dicere cogerentur. uni meher cule huic ciuitati Verres obfistere tua defensione non potes: tanta au-toritas est in eorum hominum fidelitate, tantus dolor iniuria, tanta religio in testimonio. uerum non unat, sed uniuersae similibus afflictæ incommidis, legatio-nibus, ac testimonij publicis persequentur. etenim de-incepis uideamus, Herbitensis ciuitas honesta, & ante-a copiosa, quemadmodum spoliata ab isto, ac uexata sit. at quorum hominum? summorum aratorum, re-motissimorum a foro, iudicis, & controversis: qui-bus parcere, & consulere homo impurissime, & quod genus hominum studiosissime conseruare debuisti. pri-mo anno uenierunt eius agri decumae tritici medimum  $\text{XXXI}$ . accensus istius, item minister in decumis, cum emisset, & praefecti nomine cum uenisset Herbi-tam cum Venerijs, locuq. ei publice, quod diuertere-tur, datus esset: coguntur Herbitenses ei lucri dare tritici medimum  $\text{XXXI}$  millia, cum decumae ue-nissent tritici modium  $\text{XXXI}$ . atque hoc triticum lu-cri coguntur dare publice, cum iam priuatim aratores ex agris spoliati, atque exagit ati decumanorum iniurijs profugissent. anno secundo cum emisset Apronius decumas tritici modium  $\text{XXXI}$ , & ipse Herbitam cum illa prædonum copia, manuq. uenisset: populus publi-ce coactus est ei conferre lucri tritici modium  $\text{XXXI}$ , & accessionem HS  $\text{CIO CIO}$ , de accessione dubito an Apronio

*an Apronio ipsi data sit merces opere, pretiumq. im-  
pudentiae, de tritici quidem numero tanto, quis potest*

*dubitare, quin ad istum praedonem frumentarium, si-  
c ut Agyrinense frumentum, peruererit?*

## EXPLANATIO

**H**OMINVM ante haec praetorem locupletum. § Sic in Diuin. Mulier ante hunc quaestorem copiosa plane, & locuples. Lib. II. Homo in primis domi sua nobilis, & ante hunc praetorem uel pecuniosissimus Syracusanorum. PICTOREM Tlepolemum, § alij malunt, Praeconem, non recte: nam praeco Valerius erat, supra nominatus cum eodem medico, & haruspice Volusiano: Tlepolemus autem pictor: de quo sic lib. V. Cybiratae sunt fratres quidam, Tlepolemus, & Hiero. quorum alterum fingere opinor e cetera solitum esse, alterum esse pictorem. REPENTE Cornelij. § Verris beneficio ciues Romani facti, ideoq. Cornelij a Verris nomine. SI PARERET § formulae uerba: de qua iam diximus. DICTVRVM § Apronium. supra. Praefeo est Apronus: ait eos ipsos, qui uenissent, contra edictum praetoris fecisse. Quaerebant, quid? Respondebat, sead recuperatores esse dicturum. MEDIMNA XXXIV. § Subaudi, millia: & lege, Medimnum, ubique, non Medimna, ubi subauditur, millia. ADDIDISSENT, § Agyrinenses. H-S DC § millia, idest scutatorum XVIII millia. quod est pretium illorum medimnum XXXIV millium, quae lucri nomine Verres Apronio dari uoluit. A PATRONIS, § a Marcellis maxime. nec se tamen ipsum excludit. dixit enim in Diuin. Factum est, ut cum sumnum in ueteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me praeſidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. VT PROBARET § ut probum esse dicaret, ut eo tamquam prob o contentus esset. H-S IIII, § ubiq ue addē, millia. scutati sunt x c. millia. SICULVM frumentum, § probum enim significatus, cum Siculum esse dicitur. EX AREA, § ne uitiatum ab aratoribus putarent. NVMMI § in singula medimnum H-S tria millia. XXXIIII. § lege aut hic, XXXI V, aut supra, XXXIIII: ne alterum ab altero in eadem re dissentiatur. H-S I X § 6 H-S tria millia in singula medimna putentur, & medimnum XXXIIII millia sint: fient H-S nonaginta nouem millia. adde pro hordeo H-S XXX millia: erunt omnino, H-S CXXI X millia. itaque locus emendandus. MODIIS XVIII. millia § medimna ubique malim nominari, quam modios: ut cum Siculis Graeca mensura potius agatur, quam Romana. mendum fortasse natum ex Med. & Mod. CVMILLA praedonis copia, § cum Veneris stipatoribus. Supra. H-S MM. § exigua summa: itaque suspicor de mendo: & fortasse notis antiquis, CCCIOOO, scriptum fuit, idest centum millibus, nummo nostro scutatorum tribus millibus. OPERAE, § quam Verri nauabat.

## ORATIO

**A**NNO nero tertio in hoc agro consuetudine uetus est regia. Solere aiunt barbaros reges Persarum, ac syrorum plures uxores habere; his autem uxoribus ciuitates attribuere, hoc modo: haec ciuitas mulieri in redimiculum praebeat, baec in collum, haec in crines. ita populos habent uniuersos non solum conscientios libidinis suae, uerum etiam administratos. eadem istius, qui se regem Siculorum esse dicebat, licentiam, libidi nemq. fuisse cognoscite. Aeschrionis Siracusaui uxor est Pippa, cuius nomen, istius nequitia tota Sicilia peruulgatum est, de qua muliere uerius plurimi supra tribunal, & supra praeatoris caput scribebantur. hic Aeschrius Pippae uir adumbratus, in Herbitensibus decumis nouis instituitur publicanus. Herbitenses cum uiderent, si ad Aeschrioum pretium redisset, se ad arbitrium libidinosissimae mulieris spoliatum iri, licet sunt usque eo quoad se efficere posse arbitrabantur. supra adiecit Aeschrius. neque enim metuebat, ne, praeatore Verre, decumana mulier damno affici posset. addicitur medimnum XXV millibus, diuidio fere pluris, quam superiore anno. aratores funditus euertebantur, & eo magis, quod iam superioribus annis exhausti erant, ac paene perdit. intellexit iste ita magno uenisse, ut amplius ab Herbitensibus ex primi non posset. demit de capite medimnum CIO CIO CIO: iubet in tabulas, pro medimnum XXXI, referri XXXI, & CCC. hordei decumas eiusdem agri Do-

cimus emerat. hic est Docimus, qui ad istum deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam, ui abductam ab Rhodio tibicine. huius Tertiae plus etiam, quam Pippae, plus quam ceterarum, ac prope dicam tantum apud istum in Siciliensi praeitura auatoritas ualuit, quantum in urbana Chelidonis. Veniunt herbitam duo pretoris aemuli non molesti, muliercularum deterimarmi improbissimi cognitores incipiunt postulare, poscere, minari: non poterant tamen, cum cuperent, Apronium imitari: Siculi Siculos non tam pertimicebant. cum omni ratione tamen illi calumniarentur, promittunt Herbitenses uadimonium Syracusas. eo postea, quam uentum est, coguntur Aeschrioni, id est Pippae, dare tantum, quantum erat de capite demptum, tritici medimnum D C. mulierculae publicanae noluit exdecumis nimii lucri dare, ne forte ab nocturno suo quae sibi animum ad uetigalia redimenda transferret. transactum putabant Herbitenses, cum iste, quid de hordeo, inquit, & Docimo, amiculo meo? quid cogitatis? at hoc agebat in cubiculo, iudices, atque in lectulo suo. negabant illi sibi quidquam esse mādatum. non audiebant numerate H-S XV. quid facerent miseri? aut quid recusarent? praesertim cum in lectulo decumanae mulieris uestigia uiderent recentia, quibus illum inflammati ad perseuerandum intelligebant. ita ciuitas una sociorum, atque amicorum, duabus deterrimis mulierculis, Verre praetore, uetigalis fuit. Atque ego nunc, cum



cum frumenti numerum, & eas publice pecunias decumanis ab Herbitensisibus datas esse dico. quo illi frumento, & quibus pecunijs tamen a decumanorum iniurijs ciues suos non redemerunt. perditis enim, & diruptis aratorum bonis, haec decumanis merces dabatur, ut aliquando ex eorum agris, atque ex urbibus abiarent. itaque cum Philinus Herbitensis, homo disser-

tus, & prudens, & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publice diceret; animaduertistis, iudicis, & gemitum populi R. cuius frequentia huic cause nūquam defuit. qua de paucitate aratorum alio loco dicam. nunc illud, quod paene praeteriū, non omnino relinquendum uidetur.

### EXPLANATIO

**P**LURES uxores habere, § Plato in Alcibiade primo, Diodorus lib. I. ADDICIVR medimnis m m § corruptae notae: cum sequatur, dimidio fere pluris, quam superiore anno. ex hoc mendo fluxit illud in notis proxime subiectis. NON molesti, § quia mulieres suas Verri non inuiti relinquenter. TRITICI modios d c. § dici iam, ubique pro modijs media nna reponenda. HAE c decumanis merces dabatur, § publice: utabirent: cum iam aratorum bona diripuerint.

### ORATIO

**N**AM, per deos immortales, quod de capite ipso dempsit, quo tandem modo ferendum, uerum etiam animaduertendū uidetur: unus adhuc fuit post Romanam conditam (dij immortales faxint, ne sit alter) cui resp. totam se tradidit, temporibus coacta, & malis domesticis, L. Sulla. hic tantum potuit, ut nemo, illo inuito, nec bona, nec patriam, nec uitam retinere posset: tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret, bona ciuium R. cum uenderet, se praedam suam uendere. eius omnes res gestas non solum obtinemus, uerum etiam, propter maiorum incommodorum, & calamitatum metum publica auctoritate defendimus. unum hoc illius S. C. reprehensum: decretumq. est, ut, quibus ille de capite dempsisset, ij pecunias in aerarium referrent. statuis senatus, hoc ne illi quidem esse licitum, cui conceperat omnia, a populo factarum, quaesitarumq. rerū summas innanuere, illum uiris fortissimis iudicarunt patres conscripti dimittere de summa non potuisse: te mulieri deterrimae recte remisisse senatores iudicabunt: ille, de quo lege populus R. iusserat, ut ipsius uoluntas populo R. c̄set prolege, tamen in hoc uno genere, ueterum religione legum reprehenditur: tu, qui omnibus legibus impli- catus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege esse uolui- si: in illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiserit, quam ipse quaesirat: tibi concedetur, qui de capite uel ligalium populi R. remisisti? Atque in hoc genere audaciae multo etiam impudētius in decumis Segestensium uersatus est. quas cum addixisset eidem illi Docimo, hoc est tritici modium quinque millibus, & accessionem adscriptisset H-S M D; coegit Segestenses a Docimo tant idem publice accipere, id quod ex Segestensium publico testimonio cognoscite. Recita. TESTIMONIVM. PUBLICVM. Audistis, quanti decumas accepit a Docimo ciuitas, tritici modiu quinque millibus, & accessionem: cognoscite nunc, quanti se nēdiddisse retulerit. LEX. DECVMIS. VENDVN DIS. C. VERRE. PR. Hoc nomine uidistis tritici modium M M M de capite esset dēpta, quae cum de populi R. uictu, de uel ligalium neruis, de sanguine detraxi- set aerarij; Tertiae minae condonauit. utrum, im- putentius a socijs abstulit, an turpius meretrici dedit? n'improbis populo R. ademit? an audacius tabulas

publicas commutauit? ex horum severitate te ullanis, aut ulla largitio eripiet; sed si eripuerit, non intelligis haec, quae iam dudum loquor, ad aliam quaestionem, atque ad peculatus iudicium pertinere? itaque hoc mihi reseruabo genus integrum totum: ad illam, quam institui, causam frumenti, ac decumarum reuertar. Qui cum agros maximos, ac feracissimos per se ipsum, hoc est per Apronium, Verrem alterum, depopulare- tur; ad minores ciuitates, babebat alios, quos, tamquam canes, immitteret, nequam homines, & impro- bos, quibus aut frumentum, aut pecuniam publice co- gebat dari. A. Valentini est in Siciliae interpres, quo iste interprete non ad linguam Graecam, sed ad furtā, & flagitia uti solebat. fit interpres hic, homo leuis, atque egens, repente decumanus: emit agri Liparenſis, miseri, atque ieconi decumas tritici medimnis D C. Li- parenses uocantur: ipsi accipere decumas, & nume- rare Valentio coguntur lucri H-S xxx millia. per deos immortales, utrum tibi sumes ad defensionem? tanto ne minoris tibi decumas uenisse, ut ad medimna D C H-S xxx millia lucri statim sua uoluntate ciuitas adde- ret, hoc est tritici medium II millia: an, cum ma- gno decumas uenididisse, te expellere ab iuris Liparenſibus hanc pecuniam? sed quid ego ex te quaero, quid defensurus sis, potius, quam cognoscam ex ipsa ciuitate quid gestum sit? Recita testimonium publicum Liparenſium: deinde, quemadmodum Valentio num- mi sint dati. TESTIMONIVM. PUBLICVM. QVO MODO. SOLVTVM. SIT. EX. LITERIS. PUBLI- CIS. Etiam ne haec tam parua ciuitas, tam procul a manibus tuis, atque a prospectu remota, sciuncta a Si- cilia, in insula inculta tenuiq. posita, cumulata alijs tuis maioribus iniurijs, in hoc quoque frumentario ge- nere praedae tibi, & quaestui fuit? quam tu totam in sulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munu- culum, condonaras, ab hac etiam haec frumentaria, lucra tamquam a mediterraneis exigebantur? itaque qui tot annis agellos suos ante te praetorem redimere, a piratis solebant, ijdem se ipso a te pretio imposito redemerunt. quid ergo? a Tiffenſibus, & per pauca & tenui ciuitate, & arationibus laboriosissimis, frugalif- simisq. hominibus, non ne plus lucri nomine eripitur, quam quantum frumenti omnino exararant? ad quo

tu decumanum Diognotum Venerium misisti, nouum  
 genus publicani. cur hoc auctore non Romae servi pu-  
 blici ad uectigalia accendant? Anno secundo Tiffenses  
 H- S X X I lucri dare coguntur inuiti: tertio anno C I O  
 C I O medimnū tritici lucri Diognoto Venerio dare coa-  
 di sunt. hic Diognotus, qui ex publicis uectigalibus  
 tanta lucra facit, uicarium nullum habet, nihil omnino  
 peculiū. Vos etiam nunc dubitate, si potestis, utrum tā  
 tum numerum tritici Venerius, apparitor istius, sibi  
 acceperit, an huic exegerit. atque hacc ex publico Tif-  
 sensium testimonio cognoscite. TESTIMONIVM. PV-  
 BLICVM. T I S S E N S I V M. Obscure, iudices, praetor  
 ipse decumanus est? cum eis apparitores frumentum  
 a ciuitatibus exigant, pecunias imperent, aliquanto  
 plus ipsi auferant, quam quantum populo R. decuma-  
 rum nomine daturi sunt. Haec aequitas in tuo impe-  
 rio fuit, haec praetoris dignitas, ut seruos Venerios  
 Siculorum dominos esse uelles. hic delectus, hoc discrime-  
 nente praetore fuit, ut aratores in seruorum numero  
 essent, serui in publicanorum. Quid Amestratin: mise-  
 ri? impositis ita magnis decumis, ut ipsis reliqui nihil  
 fieret, non ne tamen numerare pecunias coacti sunt?  
 addicuntur decumae M. Caesio, cum adessent legati  
 Amestratin. statim cogit Heraclius legatus nume-  
 rare H-S XXII millia. quid hoc est? quae est ista praeda?  
 quae uis? quae direptio sociorum, fierat Heraclio ab  
 senatu mandatum, ut emeret: emisit. si non erat: qui  
 poterat sua sponte pecuniam numerare? Caesio renun-  
 ciat se dedisse. cognoscite renunciationem ex litteris.  
 recita, Ex LITTERIS. PVBLICIS. Quo S. C. erat  
 hoc legato permisum? nullo. cur fecit? coactus est.  
 quis hoc dicit? tota ciuitas. Recita. TESTIMO-  
 NIVM. PVBLICVM. Ab hac eadem ciuitate anno  
 secundo simili ratione exortam esse pecuniam, & Sex.  
 Vennonio datam, ex eodem testimonio cognouisti. at  
 Amestratinos homines tenues, cum eorum decumas  
 medimnis D C C uēdidisse, Banobali Venereo (cog-  
 noscite nomina publicanoū) cogis eos plus lucri adde-  
 re, quam quanti uenierant, cum magno uenissent. dant  
 Banobali medimnis pro DCCC H-S M D. profecto num-  
 quam iste tam amens fuisset, ut ex agro populi R. plus  
 frumenti seruo Venerio, quam populo R. tribui patere-  
 tur, nisi omnis ea praeda serui nomine ad istum ipsum  
 permeniret. Petrini, cum eorum decumae magno addi-  
 gae essent, tamen iniuitissimi P. Naevio Turpioni, im-  
 probissimo homini, qui iniuriarum Sacerdote praetore  
 damnatus est, H-S XXXVII & D. dare coacti sunt. ita  
 ne disolute decumas uēadidisti, ut, cum modium XV  
 millibus uenisset, medimum C I O C I O C I O, hoc est  
 H-S XLV millia lucri decumano H-S M M M darentur?  
 at permagno decumas eius agri uendidi, uidelicet glo-  
 riatur non Turpioni lucrum datum, sed Petrinis pecu-  
 niām ereptam. Quid Halycenses, quorum incolae  
 decumas dant, ipsi agros immunes habent; non ne  
 huic eidem Turpioni, cum decumae c. mod. uenissent,  
 H-S XV dare coacti sunt? si id, quod maxime uis posses  
 probare, haec ad decumanos lucra uenisse, nihil te at-  
 tit gisse: tamen hae pecuniae per uim atque iniuria tuā  
 captae, & conciliatae, tibi fraudi, & damnationi esse  
 deberent. cum uero hoc nemini persuadere possis, te  
 tam amentem fuisse, ut Apronum, ac Turpionem, ser-  
 uos homines tuo, liberorumq. tuorum periculo diuines  
 fieri uelles: dubitaturum quemquam existimas, quin

illis emissarij haec tibi omnis pecunia quaesita sit? se-  
 gestam item ad immunem ciuitatem Venerius Symma-  
 chus decumanus immittitur. is ab isto litteras afferit,  
 ut sibi, contra iura omnia, contraq. legem Rupiliam,  
 extra forum uadimonium promittant aratores. audite  
 litteras, quas ad Segestanos miserit. LITTERAE.  
 C. VERBIS. hic Venerius quemadmodum aratores elu-  
 Jerit, ex una pactione hominis honesti gratiosiq. cognos-  
 cite: in eodem enim genere sunt cetera. Diocles est  
 Panhormitanus, Phimes cognomine, homo illustris,  
 ac nobilis arator. is agrum in Segestano (nam com-  
 mercium in eo agro Panhormitanis est) conductum ha-  
 bebat H-S sex millibus. pro decuma, cum pulsatus a  
 Venerio esset, dedit H-S sexdecim millia, & DCLIV.  
 id ex tabulis ipsius cognoscite. NOMEN. DIOCLIS  
 PANHOR MITANI. Huic eidem Symmacho Anneius  
 Brocchus, senator, homo eo splendore, ea uirtute, qua-  
 omnes existimatis, numeros praeter frumentū coactus  
 est dare. Venerio ne seruo, te praetore, talis uir, se-  
 nator populi R. quaestui fui? hunc ordinem si dignitate  
 ante cellere non existimabas, ne hoc quidem sciebas,  
 iudicare? antea, cum equiter ordo iudicaret, impro-  
 bi & rapaces magistratus in prouincijs in seruiebat pu-  
 blicanis, ornabant eos, quicunque in operis erant:  
 quemcumque equitem R. in prouincia uiderant, benefi-  
 cijs, ac liberalitate prosequerantur: neque tantum illa  
 res noceatibus proderat, quantum obfuit multis, &  
 aliquid contra utilitatem eius ordinis, uoluntatemq. fe-  
 cissent. retinebatur hoc tum nescio quo modo quasi com-  
 muni consilio ab illis diligenter, ut, qui unum equitem  
 R. contumelia dignum putasset, ab uniuerso ordine ma-  
 lo dignus indicaretur. tu sic ordinem senatorium de-  
 spexisti, sic ad iniurias libidinesq. tuas omnia coequa-  
 sti, sic habuisti statutum cum animo, ac deliberatum,  
 omnes, qui habitarent in sicilia, aut qui Siciliante  
 praetore attigissent, iudices reuocare; ut illud non co-  
 gitares, tamen ad eiusdem ordinis homines te iudices  
 esse uenturum? in quibus, si ex ipsis domestico in-  
 commodo nullus dolor infideret, tamen est illa cogita-  
 tio in alterius iniuria se se spectos, dignitatemq. or-  
 dinis contemptam, & abiectam. quod mehercule, iu-  
 dices, mibi non mediocriter ferendum uidetur. habet  
 enim quandam aculeum contumelia, quā nō pati puden-  
 tes ac uiri boni difficillime possunt. Spoliati Sicos:  
 solent enim inulti esse in iniurijs suis prouinciales. ue-  
 xasti negotiatores, inulti enim Romana raroq. deceunt.  
 equitem R. ad Apronij iniurias dedisti: quid enim iam  
 nocere possunt, quibus non licet iudicare? quid, cum se-  
 natores summis iniurijs affici; quid aliud dicas, nisi  
 hoc? cedo mibi etiam istum senatorem: ut hoc ampli-  
 sum nomen senatorium non modo ad iniudicium impe-  
 ritorum, sed etiam ad contumeliam improborum natū  
 esse uideatur. neque hoc in uno fecit Annaeo, sed in om-  
 nibus senatoribus; ut ordinis nomen non tantum ad  
 honorem, quantum ad ignominiam ualevet. In C. Ca-  
 sio, uiro clarissimo, & fortissimo, cum is eo ipso tem-  
 pore, primo istius anno consul esset, tanta improbitate  
 usus est, ut, cum eius uxor, femina primaria, pater-  
 nas haberet arationes in Leontino, frumentum omne  
 in decumas auferre iussit. hunc tu in hac caustate  
 Verres habebis; quoniam, iudicem nē haberes, prou-  
 disti. uos autem, iudices, putare debetis, esse, quid  
 nam nobis inter nos commune, atque coniunctum. mul-  
 ta

is sunt imposita buic ordini ouera, multi labores, multa pericula, non solum legum, ac iudiciorum, sed etiam rumorum, ac temporum. sic est hic ordo quasi propositus, atque editus in alium, ut ab omnibus uenit in piaue circumflari posse uideatur. in hac tam misera, & indigna conditione uitae, ne hoc quidem retinibimus, iudices, ut magistris nostris, in obtinendo iure nostro, ne contemptissimi, ac despectissimi esse nideamus? Thermitani miserunt, qui decumas emerent agri sui. magni sua putabant interesse, publice potius quamvis magno emi, quam in aliquem istius emissarii incidere. appositus erat Venuleius quidam, qui emeret. is licei non destituit illi, quoad uidebatur ferri aliquo modo posse, contendenterunt; postremo liceri destituerunt. addicitur Venuleio tritici mod. vii. millibus. legatus Posidorus renunciat. cum omnibus hoc intollerandum uideretur, tamen Venuleio dantur, ne accedit, tritici mod. vi. praeterea H-S II millia. ex quo facile apparet, quae merces decumani, quae praetoris praedita esse uideatur. Cedo Thermitanorum mibi literas, & testimonium. TABVLAE. THERMITA NORVM. ET. TESTIMONIVM. Imacharenzes, iam omni frumento ablato, iam omnibus iniurijs tuis exinanitos, tributum ferre miseros, ac perditos coegeri, ut Apronio darent H-S XX millia. Recita decretum de tributis, & publicum testimonium. S. C. DE TRIBUTO. CONFERENDO. TESTIMONIVM. IMA-

CHAREN SIVM. Ennenses, cum decumae uenissen: agri Ennenis, medinnis M M M C C, Apronio coacti sunt dare tritici mod. LXXIII millia, & H-S III mil lia. quaeſo, attendite quantus numerus frumenti cogatu ex omni agro decumano. nam per omnes ciuitates, quae decumas dabant, percurrit oratio mea; & in hoc genere nunc, iudices, uersor, in quo non singularim aratores eueri bonis omnibus sunt, sed publice decumani lucra dati sunt; ut aliquando ex eorum agris, atque ubibus explati, atque saturati cum hoc cumulo quaestus decederent. Calatinis quamobrem imperasti anno tertio, ut decumas agri sui, quas Calatae dare confuerant, Amelstrati M. Caſio decumano darent? quod neque ante te praetorem illi fecerunt, neque tu ipse hoc ita statueras antea per biennium. Theomastus Syracusanus in agrum Mutensem cur abs te immisus est? qui aratores ita uexauit, ut illi in alteras decumas, id quod in alijs quoque ciuitatibus ostendam, triticum emere necessario propter inopiam cogerentur. iam uero ex Hyblenstum paſtioniibus intelligetis, quae paſtiae sint cum ducamano Cn. Sergio, ſexies tantum, quam quantum fatus sit, ablatum esse ab aratoribus. Recita ſationes, & pationes ex literis publicis: recita ex litteris publicis. Cognoscite pationes Menenorum cum Venerio Seruo. Recita ex litteris publicis. Cognoscite item profefiones ſationum, & pationes Menenorum. Recita ex litteris publicis.

## EXPLANATIO

**Q**uod de capite ipso depſit, & de eo, qd ex decumis Aeschriū vēditis populo R. debebatur. depſit autē Verres, quominus Aeschriū, Pipae vir adūbratus pro decumis eiā addictis solueret, pluris amore Pipae, quā populi R. emolumentum, faciens quae de re sic infra: Illum viris fortissimis iudicarunt Patris conscripti dimittere de summa non potuisse: te mulierū deterriuae recte remisisse. Senatores iudicabunt: Quo tandem modo ferendum, uerum etiam animaduertendum videtur? & qui tritias habent aures notandis generibus Latinī sermonis, ijs profecto, niſi fallor, locus hic uacare mendo non videbitur. atque ego, vt dicam quod sentio, legendum putarem: Quo tandem modo ferendum, ferendum uero? etiam animaduertendum videtur? Simile illud lib. I. Dictum hoc est in Cn. Dolabellae iudicio. dictum? etiam aestimatū? Et pro Plancio: Nihil est, mihi crede, Laterenis, de te detractū: detrac-tū dico? si mehercules uere, quod accidit interpretari velis, est aliquid etiam de virtute significatū tua. PROPTER maiorum incommōdorum, & calamitatū metum, & ne, si eius acta rescinderemus, diuīs aliquid accideret. PVBICA auctoritate defendimus. & defendit ipse consul. nā, cum Sulla proscriptorum liberos honorum petendorum potestate priuasset, ijq. contendenterunt Cicerone consule, ut in integrum restituerentur: Cicero ipse refutit, et, ne quid nouaretur, obtinuit. hinc illa in Pisone: Ego adolescentes bonos, & fortes, sed ulos ea conditione fortunae, vt, si efflent magistratus adepti, reip. statum conuulsuti uiderentur, meis inimicitijs, nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione priuauit. Orationem quoque de proscriptorum filijs a se scriptam significat epist. I. lib. 2. ad Att.

DE CAPITE? de tota summa, quam debebant. PECVNIA'S in aerarium referrent. & quas eis latus erat Sulla. A POPVLO factarum, & alij, Ab ipso factarum. probo. ut significantur factae res ab ipso, & parte, suo labore, sua uirtute, ciuili bello. sequitur enim: In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiserit, quam ipse quaeſierat. VIRIS fortissimis? qui ab ipso emerant: quid autem? cum alias res, tum uero proscriptorum bona. MVLIERI determinae? Pipae. quod enim de capite dempfit. ad eius lucrum dempfit. SENATORES? iudices. SEGESTENSIVM ergo non immunes prætore Verre. nam quinque ciuitates, Centuripinam, Halefinam, Segeſtanam, Halycensem, Panhor-mitanam, immunes, ac liberas fuſſe, dixit orationis initio. infra quoque: Quid Halyciensis, quoru incolae decumas dant, ipsi agros immunes habent, nonne huic eidem Turpioni, cū decumae C. med. uenissent. H-S XV dare coacti sunt? Et post: Segeſtam item ad immunem ciuitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur. HOC EſT? otiosum est, et, ut puto, delendum. QVINQUE mil lia, & millibus, & hic, & infra repone, ex nota M. TABVLAS publicas committantur? & quia, cum decumas quinque millibus medium vendidisset, itaq. in tabulas retulisset, postea, cum tria millia de capite dermeret, quae Tertiae mimae donauit, tabulas corrupit, & scripsit, uendidisse duobus millibus. ita minus dedit populo Romano, quam mimae. TIBI decumas uendidisse, & Tibi, ad prædam, quae-

stumq. tuum. **N** o v v m genus publicani. § supra: Apronium, Venereosq. seruos, quod isto praetore fuit nouum genus publicanorum. **T** E R T I O anno H-s M M med. § H-S uidetur delendum. & lucri nomine erant duo millia medimum, idest sestertium XXX millia. tanti enim ualebant. **V** I C A R I V M nullum habet, nibil omnino peculij. § postremus igitur seruorum omnium. nam serui nonnulli & uicarios habent, idest seruos suos, & peculum, idest rem propriam, permisso domini, suo labore partam. **E** M I S S E T. § ipse, non Caesius. **R** E N V N C I A T. § suis ciuibis. **A** T A M E S T R A T I N O s, § corruptum nomen. nam de Amestratinis iam locutus est. **D** A N T Banobali med. DCCC, H-S M D. § si plus est lucrum, quam decumae, quod & proxime dixit, & infra quoque dicet; & si singula medimna H-s quindenis aestimantur, quod supra demonstratum est: necesse uidetur, ut sestertiis numerus augeatur, & pro, M D, legatur, XIII millia. **T** V R P I O N I, § de quo lib. II. Petit Naenius Turpio, quidam istius excusor, & emissarius. Et lib. V. praecursorem Verris, & emissarium uocat. **D** I S S O L V T E § negligenter: sed cum eas non dissolute, sed magno venieris; cur praeterea lucrum addis? **C** V M medimum xv millibus venient, § uidetur legendum IIII. millibus. nam sequitur, Hocest, H-S XL V. nam si medimum a estimatur xv sestertijs: sequitur, vt trium millium medimnum pretium sit XL V millia H-s. H-S M M M § aut hic, v XI millia, aut supra, M M M, reponendum. **I** P S I agros immunes habent; § de quo dixit orationis initio. **C** V M decumae C. med. venient, malim, D med. quod si cui parum uidetur, consideret, non uniuersi Halycensis agri, sed eius dumtaxat, quem incolae ararent, decumas uenisse. **H**-S X V § ita lucrum plus erit, quam decumae ut in Banobale quoque supra legimus. **L** I B E R O R V M Q tuorum, § quos in egestate, atque in solitudine condemnatus relinques. **A** V E N E R I O § Venerio Symmacho decumano. Venerio, tantum dixit: quo maior iniuria in homine illustri, ac nobili aratore videretur. **C** V M equester ordo iudicaret, § lege Sempronii, ante decem annos. **C** O A E Q V A S T I, § cum nullius hominis, nullius rei rationem haberet. **I** V D I C E S reuice e, § qui de cohorte tua iudices dare velles, senatores despiceret. **E** Q V I T E M Romanum § nominauit C. Matrinium, & Q. Lollium. ideo, malim, Equites Romanos: cum praeferunt sequeatur: Quid enim iam nocere poslunt, quibus non licet iudicare? **A** V F E R R E § malim, Auferri. **P** R O V I D I S T I, § eo reiecto. **L** E G Y M § exempli gratia, lege repetundarum soli senatores tenentur. pro Cluentio, & Postumo. **R** V M O R V M, § qui facile disseminantur contra senatores. **T** E M P O R V M, § mutatis enim temporibus, qui est ordo in ciuitate amplissimus, ei maiora, quam ceteris, pericula impendit. **I** N O B T I N E N D O iure nostro, § quod praetore Verre non obtinuit senator Anneius Brochus in Sicilia. **A** P P O S I T V S erat § malitiam, & fraudem significat hoc verbum lib. II. Apponit, qui Veneri Eryciniae petat illam hereditatem Lib. VII. Apponitur his tamen accusator Naenius Turpio quidam. **T** R I T I C I med. viic § subaudi, millibus. **R** E N V N C I A T § Thermitanis. **N** E A C C E D A T, § ad eos decumarum caussa. Verris enim decumanos, qui modum initiorum non facerent, oderant simul & timebant. **A** P P O N I O coacti sunt dare tritici med. LXX M, § manifestum mendum: & fortasse reponendum, 100: quod est, quinque millia. **S** I G I L L A T I M § vta Lingua Ligula, abiecta n, sic a singula Sigillatim. alij malunt, Singulatim. **C** V M H O C cumulo § cum eo quaestu, qui publice dabatur. **D** E C E D E R E N T. § ex eorum agris, atque urbis. **M** Y T I C E N S E M § recte sentiunt, qui Mutensem ex Plinio, & Strabone reponunt.

## O R A T I O

**P** A T I E M I N I, iudices, a socijs, ab aratoribus populi R. ab ijs, qui uobis laborant, uobis seruunt, qui ita plebem Romanam ab se ali uolunt, ut sibi, ac liberis suis tantum superfit, quo ipsi ali possint, ab his per summam iniuriam, per summas contumelias plus aliquanto ablatum esse, quam natum sit? Sentio, iudices, moderandum mihi esse iam orationi meae, fugiendamque stram facietatem. non uersabor in uno genere diutius, & ita cetera de oratione mea tollam, ut in causa relinquam. audietis Argentinorum, fortissimorum virorum, diligentissimorumque, querimonias: cognoscetis, iudices, Entellinorum, summi laboris, summaeq. industriae, dolorem, & iniurias: Heraclensium, Tciliensium, Aetnenium, Solentinorum incommoda proferentur: Catinenium, locupletissimorum hominum, amicissimorumq. agros uexatos ab Apronio cognoscetis: Tyndaritanam nobilissimam ciuitatem, Cephaleditanam, Halentinam, Apollomensem, Eggynam, Capitinam, perditas esse hac iniuitate decumanorum intelligitis: Murgentinis, Assorinis, Elorinis, Eunenibus, Letinis nibil omnino re-

lictum: Citarinos, Achernos, paruarum ciuitatum homines, omnino abiectos esse, ac perditos, omnes denique agros decumanos per triennium populo R. ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo rectigales fruis se: & plerisque aratoribus nibil omnino superfluisse: quibus quod tum aut remissum, aut relictum sit, id fuisse tantum, quantum ex eo, quo istius auaritia contenta fuit, redundarit. Duarum milii ciuitatum reliquos feci agros, iudices, fere optimos, ac nobilissimos, Aetnensem, & Leontinorum. horum agrorum ego misso faciam quaestus triennij: unum annum eligam, quo facilius id, quod institui, explicare possim: sumam annum tertium, quod & recentissimum est, & ab isto ita administratus, ut, cum se certe decessurum uidereret, non laboraret, si aratorem nullum in Sicilia omnino esset relicturus. agri Aetnensis, & Leontini decumas ageamus. attendite, iudices, diligenter. agrisunt feraces, annus tertius, decumanus Aproni. De Aetnensibus per pauca dicam. dixerunt enim ipsi priore actione publice: memoria tenetis, Artemidorum Aetnensem, legationis eius principem, publice dicere, Apronium

Xprobum uenisse Aetnam cum Veneris, vocare ad se magistratum, imperasse, ut in foro sibi medio letri sternirentur: quotidie solitum esse non modo in publico, sed etiam de publico conuiari: cum in eis conuiis symphonia caneret, maximisq. poculis mixta retur, retinere solitum est aratores, atque ab ipsis non modo per iniuriam, sed etiam per contumeliam tantum exprimi frumenti, quantum Apronius imperasset. Audistis haec, iudices: quae nunc ego omnia practereo, ac relinquo, nihil de luxuria Aproni loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia, ac turpitudine: tantum de quaestu, ac lucro dicam unius agri, & unius anni, quo faciliter nos conjecturam de triennio, & de tota Sicilia facere possemus. sed mihi Aetnensem breuis est oratio. ipsi enim uenerunt: ipsi publicas litteras deportarunt: docuerunt uos, quid lucelli fecerit homo non malus, famularis praetoris, Apronius. id, quae so, ex ipsorum testimonio cognoscite. recita. TESTIMONIVM. AETNENSIVM. Quid ait die, dic, quae so, clarius, ut populus R. de suis negligibus, de suis aratoribus, de suis sociis, atque amicis audiatur, L. MILLIA. Per deos immortales, unus ager, uno anno, CCC millia mod. tritici, & praeterea H. S. millia lucri dat Apronio? tanto ne minoris decumae uenierint, quam fuerunt: an, cum satis magno uenient, hic tantus tamen frumenti, pecuniaeq. numerus ab aratoribus per uim ablatus est? utrum enim horum dixeris, in eo culpa, & crimen haerebit. nam illud quidem non dices: quod utram dicas: ad Apronium non peruenisse tantum. ita te non modo publicis tenebo, sed etiam priuatis aratorum passionibus, ac

litteris: ut intelligas, non te diligentiores in faciendis furtis fuisse, quam me in deprehendendis. hoc tu feres, quisquam defendet, hoc hi, si aliter de te statueret uoluerint, sustinebunt uno aduentu, ex uno agro, Q. Aproniu, praeter eam, quam dixi pecuniam numeratam, CCC millia mod. tritici, lucrino nomine, sustulisse? quid? hoc Aetnenses soli dicunt? immo etiam Centuripini; qui agri Actnensis multo maximum partem possident. quorum legatis, hominibus nobilissimis, Androni, & Artemoni senatus ea mandata dedit, quae publice ad ciuitatem ipsorum pertinebant. de ipsis iniuriis, quas ciues Centuripini non insuis, sed in aliorum finibus accepserunt, senatus & populus Centuripinus legatos noluit mittere; ipsi aratores Centuripini, qui numerus est in Sicilia maximus, hominum honestissimorum, & locupletissimorum, tres legatos ciues suos delegerunt; ut eorum testimonio non unius agri, sed propter totius Siciliae calamitates cognoscerecet. avant enim tota Sicilia fere Centuripini. & hoc in te grauiores, certioresq. testes sunt, quod ceterae ciuitates suis solum incommodis commouentur; Centuripini, quod in omnium fere finibus habent possessiones, etiam ceterarum ciuitatum damna, ac detrimenta senserunt. Verum, ut dixi, ratio certa est Aetnensem, & publicis, & priuatis litteris consignata mea diligentia: pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hauc causam, quod ipsi Leontini publice non sane me multum adiuuerunt: neque enim eos isto praetore haec decumanorum iniuriae laerunt, potius etiam adiuuerunt.

## EXPLANATIO

VANTVM ex eo, quo istius auaritia contenta fuit, redundarit. & act. I. Quantum hominis auarissimi, & libidinosissimi aut imprudentiam superter fugit, aut latietati superfuit. Quid a M. faciunt: & cur lucri tantum das Apronio? an quia minoris decumae uenierint, quam essent, id est quam numerus eorum esset pro tritico exarato? an uero & illae satis magno uenierunt, & hic tamen frumenti, pecuniaeq. tantus numerus ab aratoribus per uim ablatus est? Cum sat is magnu uenient, & cum hoc dicat, & subiungat, Hic tantus tamen frumenti, pecuniaeq. numerus: appetet, illa CCC millia mod. lucrino nomine fuisse. quod infra perspicuum fit ijs uerbis: Vno aduentu, ex uno agro, Q. Aproniu, praeter eam, quam dixi, pecuniam numeratam, CCC millia mod. tritici lucri nomine abstulisse? FRUMENTI, & generale frugum omnium nomen est: hic tamen pro tritico, totum scilicet pro parte, ponitur. PENSVM magis in Leontino agro est exigendum, & uidendum est, & quasi pensum a me exigendum, cum Leontinis quo modo sit actum.

## ORATIO

MIRVM fortasse hoc uobis, aut incredibile uideatur, in tantis aratorum incommodis Leontinos qui principes rei frumentariae fuerunt, expertes incommodorum, atque iniuriarum fuisse. hoc causa est, iudices, quod in agro Leontino, praeter unam Mnasistrati familiam, glebam Leontinorum possidet nemo. itaque Mnasistrati, hominis honestissimi, atque optimi viri, testimonium indices audieris, ceteros Leontinos, quibus non modo Apronius in agris, sed ne tempestas quidem ullam nocere potuit, expectare nolite: etenim non modo incommodi nihil ceperunt, sed etiam in Apronianis illis rapinis, in quaestu sunt compedioq. uersati. quapropter, quoniam me Leontina ciuitas, atque le-

gatio proper eam, quam dixi, causam defecit: mibi met ineunda ratio, & uia reperienda est, qua ad Aproniu quaestum, siue adeo qua ad istius ingentem immannemq. praedam possim peruenire: Agri Leontini decumae anno tertio uenierunt tritici medium XXXVI, hoc est tritici mod. CCXVI, magno, iudices, magno: neque enim hoc possum negare: itaque necesse est, aut datum, aut certe non magnum lucrum fecisse decumatum: hoc enim solet usu uenire ipsis, qui magno redemeunt. quid, si ostendo in hac una emptione lucri fieri tritici modium? quid, si CC? quid, si CD? dubitatibus etiā, cui ista tanta praeda quaesita sit? iniquum me esse quispiam dicet, qui ex lucri magnitudine conie-

Buram factam furti, atque praedae. quid, si doceo, iudices, eos, qui <sup>CD</sup> mod. lucri faciunt, damnum, facturos fuisse, si, ut tua iniquitas, fuit, ex cohorte recuperatores non intercederent? num quis poterit in tanto lucro, tantaq. iniquitate dubitare, quin propter iniquitatem tam magnos quaestus feceris, propter magnitudinem quaestus improbus esse uolueris? quo modo igitur hoc aequaliter, iudices, ut sciam, lucri quantum factum sit? non ex Aproni tabulis: quas ego cum conquirerem, non inueni: & cum in ius ipsum eduxi, expressi, ut, confidere tabulas se negaret, si mentiebatur: quamobrem remouebat, si haec tabulae nihil tibi erant obfuturae? si omnino nullas confecerat litteras: ne id quidem satis significabat, illum non sum negotium, gessisse? ea est enim ratio decumarum, ut sine plurimis litteris confici non posse. singula enim nomina aratorum, & cum singulis pactiones decumarum, litteris persequi, & confidere necesse est. Iugera professi sunt aratores omnes imperio, atque instituto tuo. non opinor quemquam minus esse professum, quam quantum arasset, cum tot cruces, tot iudicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur. in ingere Leontini agri medimum fere tritici seritur, perpetua, atque aequalitate: ager efficit, cum octauo bene ut agatur; uerum, ut omnes dij adiuuent, cum decimo. quod si quando accidit, tum fit, ut tantum decumae sit, quantum seueris, hoc est, ut, quot iugera sunt sata, rotundum medima decumae debeantur. hoc cum ita esset, primum illud dico, pluribus millibus medimum uenisse decumas agri Leontini, quam quot millia iugera sunt a erant in agro Leontino. quod si fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex iugere exararent; medimum autem ex iugere decumano dari poterat, cum ager, id quod perraro euenerit, cum decumo extulisset: quae erat ratio decumani, si quidem decumae, ac non bona ueniebant aratorum, ut pluribus aliquanto medimnis decumas emeret, quam iugera erant sata? In Leontino iugera subscriptio, ac professio non est plus <sup>XXX</sup>, decumae <sup>XXVII</sup> medimnis uenierunt. erravit, an potius insaniuit Apronius? immo tum insanisset, si aratoribus, quod deberent, licitum esset, & non, quod Apronius imperasset, necesse fuisset dare. si ostendo minus tribus medimnis in iugera neminem dedisse decumae: concedes, opinor, ut cum decumo fructus arationis perceptus sit, neminem minus, tribus decumis dedisse. Atque hoc in beneficii loco petitum est ab Apronio, ut in iugera singula ternis mediinis decidere liceret. nam cum a multis quaterna, etiam quina exigerentur; multis autem non solum granum ullum, sed ne paleae quidem ex omni fructu, atque ex anno labore, relinquenter tum aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus est, numerum in locum conuenerunt; hominem suae ciuitatis in primis honestum, ac nobilem, Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium, eundem, quem hoc tempore ad hoc iudicium legatum, & testem Centuripinam, ciuitas misit; ut is apud eum causam aratorum ageret, ab eoq. peteret, ut ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera singula, quam terma medimna exigeret. hoc uix ab Apronio in summo beneficio, pro ijs, qui etiam tum incolumes erant, imperatum est. id cum impetrabatur, hoc uidelicet impetrabatur, ut pro singulis decumis ternas decumas dare liceret. Quod

situa res non ageretur, a te potius postularent, ne amplus quam singulas, quam ab Apronio, ut ne plus, quam ternas decumas darent. Nunc, ut hoc tempore ea, quae regie, seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius, praetermittam; neque eos appellebam, a quibus omne frumentum eripuit, & quibus nihil non modo de fructu, se ne de bonis quidem suis reliqui fecit: ex his ternis medimnis, quod beneficij grataeque causa concessit. quid lucri fiat, cognoscite. Professio est agri Leontini ad iugera xxx. haec sunt ad tritici medimum <sup>X</sup> <sup>C</sup>, id est tritici mod. <sup>D</sup> <sup>X</sup> <sup>L</sup>. deductis tritici mod. <sup>C</sup> <sup>C</sup> <sup>X</sup> <sup>V</sup>, quanti decumae uenierunt, reliqua tritici <sup>C</sup> <sup>C</sup> <sup>X</sup> <sup>IV</sup>. addit totius summae <sup>D</sup> <sup>X</sup> <sup>I</sup> mod. tres quinquagesimas, id est tritici mod. <sup>XXXII</sup> <sup>CD</sup>, ab omnibus enim ternae praeterea quinquagesimae exigebantur. sunt hacc iam ad <sup>CCCXL</sup>, mod. tritici. at ego <sup>CD</sup> lucri facta esse dixerim: non enim duco in hac ratione eos, quibus ternis medimnis non est licitum decidere. uerum ut bac ipsa ratione summa mei promissi compleam, ad singula medima multi h-s duos, multi h-s quinque accessionis cogebantur dare: qui minimum, singulos nummos. hoc minimum ut sequatur, quoniam <sup>X</sup> <sup>C</sup> medimum duximus, accedant enono, pessimoq. exemplo ad h-s <sup>X</sup> <sup>C</sup>. Hic mibi etiam dicere audebit, magno se decumas uendidisse; cum ex eodem agro dimidio ipse plus abstulerit, quam populo R. militerit. <sup>CCXVI</sup> modium decumas agri Leontini uendidi: si ex lege, magno: si, ut lex esset libido tua, paruo: si, ut, quae dimidiae essent, decumae uocarentur, paruo uendidisti: multo enim pluris fructus anni Siciliae uenire potuerunt, si id te seuatus, aut populus R. facere uoluisset. etenim saepe decumae tantum uenierunt, cum lege Hieronica uenirent, quanti nunc lege Verrea uenierunt. Cedo mibi C. Norbani decumas uenditas. C. NORBANI. DECVMAE. VENDITAE. AGRI. LEONTINI. & que tum neque iudicium de modo iugeri dabatur: neq. enim erat Cornelius recuperator: neque ab aratore magistratus Siculus tantum exigeret, quantum decumae numerus ediderat: nec beneficium petebatur a decumano, ut in iugera singula ternis medimnis decidere liceret: nec a numerorum accessionem cogebatur arator dare, ternas quinquagesimas frumenti addere: & tamen populo R. magnus frumenti numerus mittebatur. quid uero istae sibi quinquagesimas? quid porro numerorum accessiones uolunt? quo id iure, atque adeo quo id potius ore fecisti? nummos dabat arator. quo modo aut unde? qui, si largissimus esse uellet, cumulatore mensura ueretur, ut ante a solebat facere in decumis, cum aequali lege, & condicione ueniebant. is nummum dabant. unde est de frumento? quasi habuisse te praetore, quod uenderet, de uiuo igitur erat aliquid refecandum; ut esset, unde Apronio ad illos fructus arationis hoc corollarium numerorum adderetur. Nam id porro utrum libentes, an inuiti dabant? libentes? amabant, credo, Apronium. inuiti? quare, nisi ui, & malo, cogebantur? Iam iste: homo amentissimus, in uendundis decumis numerorum faciebat accessiones ad singulas decumas: neque multum, bina, aut terma millia addebat. sicut per triennium h-s fortasse, hoc neque exemplum cuiusquam, neque ullo iure fecit: neque eam pecuniam retulit: neque, hoc paruum crimen quemadmodum defensurus sit, homo quisquam unquam exceptauit.

gitavit. Quod cum ita sit, audes dicere te magno decumas uendidisse? Cum sit perspicuum, te bona, fortunasq. aratorum non populi R. sed tui quaestus causa uendidisse. ut si quis uillicus ex fundo, cui H-S x milia meyes esset, excisis arboribus, ac uenditis, demptis tegulis, instrumento, pecore ab alienato, domino xx millia nummum pro x millia miserit, sibi alia præterea centum confecerit; primo dominus, ignarus in commodi sui, gaudeat, uillicoq. delectetur, quod tanto sibi plus mercedis ex fundo resectum sit: deinde, cum audierit, eas res, quibus fundi fructus, & cultura continentur, amotas, & uenditas, summo supplicio uillicum afficiat, & secum male actum putet: item populus R. cum audit pluris decumas uendidisse C. Verrem, quam innocentissimum hominem, cui iste succedit, C. Sacerdotem; putat se bonum in arationibus frumentis suis habuisse custodem, ac uillicum: cum senserit istum omne instrumentum aratorum, omnia subdia uectigalium uendidisse, omnem spem posteritatis auaritia sua sustulisse, arationes, & agros uectigales uastasse, atque exinanisse, ipsum maximos quaestus, praedasq. fecisse, intelliget secum actum esse pessime; istum autem summo supplicio dignum existimabit. unde ergo hoc intelligi potest? ex hoc maxime, quod ager de cumanis prouinciac Siciliae propter istius auaritiam defertus est. neque id solum actum est, ut minus multis iugis arent, si quis in agris remanserunt; sed etiam, ut permulti locupletes homines, magni, & navi aratores, agros latos, ac fertiles deserenter, totasq. arationes derelinquerent. id adeo sciri facillime potest ex litteris publicis ciuitatum: propterea quod lege Hieronica numerus aratorum quotannis apud magistratus publice subscribitur. Recita tandem, quot accepiterat aratores agri Leontini Verres. OCTVAGINTA TRES. Quot anno tertio profiteantur. TRIGINTA DVO. Vnum & quinquaginta aratores ita video deiegos, ut bis ne uicarij quidem successerint. quot aratores adueniente te fuerunt agri Muticensis? uideamus ex litteris publicis. CENTVM. OCTVAGINTA OCTO. Quid anno tertio? CENTVM. ET. YNVS Octuaginta septem aratores unus ager istius iniuria de siderat: atque adeo nostra resp. quoniam illa populi R. uectigalia sunt hunc tot patrum familias numerum de siderat, & reposit. Ager Herbitensis primo anno habuit aratores ducentos quinquaginta septem, tertio centum uiginti. hinc centum triginta septem patresfamilias extorres profugerunt. Agyrinensis ager, quorum hominum? quam honestorum? quam locupletum? ducentos quinquaginta aratores habitu primo anno præturate tuae. quo tertio anno octuaginta, quemadmodum legatos Agyrinenses recitare ex publicis litteris audistis. pro dij immortales, si ex prouincia tota centum septuaginta eiecisses, posse ne, seueris iudicibus, saluus esse unus ager Agyrinensis centum septuaginta aratoribus inanior cum sit, nos coniecturam totius prouinciae non facietis? Atque hoc peraeque in omni agro decumano reperieris: quibus aliquid tamen reliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris, minore instrumento, minus multis iugis, remansisse, quod meruerant, si re ceffissent, ne reliquias fortunas omnes amitterent; quibus autem iste nihil reliqui, quod perderent, fecerat, eos plane non solum ex agris, nerum ex ciuitatibus suis profugisse. illi ipsi, qui remanserant,

nix decuma pars aratorum, relicturi agros omnes erat, nisi ad eos Metellus Roma literas misisset, decumas lege Hieronica uenditurum; & nisi ab ijs hoc petuisset, ut sererent quam plurimum: quod illi semper sua causa fecerant, cum eos nemo rogaret, quā diu intellegebant se sibi, & populo R. non Verri, & Apri no serere, impendere, laborare. Jam uero, indices, si Siculorum fortunas negligitis, si quemadmodum so ciū populi R. a magistratibus nostris tractentur, non laboratis; at nos communem populi R. causam suscipite, atque defendite. electos aratores esse dico; agros uectigales uexatos, atque exinanitos a Verre; populatam, uexatamq. prouinciam: haec omnia doceo ciuitatum, & primatis primariorum uirorum testimonijs. quid uultis amplius? num exspectatis, dum L. Metellus, is, qui multos in istum testes imperio, & potestate deteruit, idem absens de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat? non, opinor. at is optime, qui successit isti, potuit cognoscere. ita est, uerum amicitia impeditur. at debet nos certiores facere, quo pacto se habeat prouincia. debet, uerum tam non cogitur. num quis in Verre L. Metelli testimonium requirit? nemo. num quis postulat? non, opinor. quid, si testimonio L. Metelli, ac litteris hanc omnia uera esse docebo? quid dicetis, utrum, Metellum falsum scribere, an amicum laudandi esse cupimus? an praetorem, quemadmodum prouincia affecta sit, nescire? Recita litteras L. Metelli, quas ad Cn. Pompeium, & M. Crassum cos. quas ad M. Mummiu prætorem, quas ad quaestores urbis misit. EPISTOLA. L. METELLI DECVMAS. FRVMMENTI. LEGE. HIERONICA VENDIDI. Cum scribit se lege Hieronica uendidisse, quid scribit? ita se uendidisse, ut omnes præter Verre. cum scribit se lege Hieronica uendidisse, quid scribit? se per istum erepta, Siculis maiorum nostrorum beneficia, ius ipsorum, conditionem societas, amicitiae, foederum reddidi se. Dicit deinde, quanti cuiusque agri decumas uendiderit. quid scribit? Recita de epistola reliqua. SVMMA. DATA. EST. OPERA. AMEV. VT. QVAMPLVRIMO. DECVMAS VENDEREM. Curigitur, Melle, non ita magno uendidisti? quia desertas arationes, inanes agros, prouincia, misera perditaq. offendi. quid? id ipsum, quod sciu est, qua ratione quisquam, qui sereret, innentus est? Recita litteras. Ait se misisse & præsentem confirmasse, suam interposuisse auctoritatem. tantum quod aratoribus Metellis obides non dedit, se in nulla re Verri similem futurum. at quid est tandem, in quo se labo rasse dicat? Recita. VT. ARATOES. QVI. RE LIQVI. ERANT. QVAMPLVRIMVM. SERERENT Qui reliqui? quid hoc est? reliqui? quo ex bello? quo ex uastitate? quoniam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diutinum, tam calamitosum te prætore uersatum est, ut is, qui tibi successor sit, reliquos aratores collegisse, & recreasse uideatur? cum bellis Cartaginensis Sicilia uexata est; & post, nostra, patrumq. memoria, cum bis in ea prouincia magna fugitiorum copiae uersatae sint; tamen aratorum inter nicio facta nulla est. cum semente prohibita, aut meße amissa, fructus annuis interiebat: tamen incolumis numerus manebat dominorum, atque aratorum. tum qui M. Laenino, aut P. Repilio, aut M. Aquillio prætoribus in eam prouinciam successerant, aratores reliquos

liquis non colligebant, tanto ne plus Verres cum Apro-  
nio prouinciae Siciliae calamitatis importauit, quam  
aut Hasdrubal cū Poenorū exercitu, aut Athenio cum  
fugitiuorum maximis copijs, ut temporibus illis simul  
atque hostis superatus esset, ager araretur omnis, ne-  
que aratori praetor per litteras suplicare, neque eum  
praesens oraret, ut quam plurimum serceret; nunc au-  
tem ne post abitum quidē bius importunissimae pestis  
quisquam reperiatur, quia sua uoluntate araret & pau-  
ci essent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, at-  
que ad suum larem familiarem redirent? His te litteris,  
homo audacissime, atque amentissime, iugulatum  
non sentis? non uides, cum is, qui tibi succedit, ara-  
tores reliquos appeller, hoc eum diserte scribere, reli-  
quos hos esse, non ex bello, neque ex aliqua huicmodi  
calamitate, sed ex tuo scelere, importunitate, auari-  
tia, crudelitate? Recita cetera. T A M E N . P R O . E O  
V T . E T . T E M P O R I S . D I F F I C U L T A S . A R A T O .  
R V M Q V E . P A E N V R I A . T V L I T . Aratorum, in-  
quit, paenuria. Si ego accusator toties de re eadem  
dicerem, uererer, ne animos uellos offendorem, indi-  
ces, clamat Metellus: Nisi litteras missem: non est fa-  
tis: Nisi praesens confirmarem: ne id quidem fatis est:  
Reliquo, inquit, aratores, reliquos? prope lugubri  
uerbo calamitatē prouinciae Siciliae significat. addit:  
Aratorum paenuria. Exspectate etiam, iudices, si po-  
testis, auctoritatem accusationis meae, dico aratores  
istius auaritia electos, scribit Metellus reliquos abse-  
esse confirmatos, dico agros relictos, arationesq. deser-  
tas esse: scribit Metellus aratorum esse paenuriam.  
hoc cum scribit, illud ostendit, electos, electos, for-  
tunis omnibus expulsos, esse populi R. socios, atque  
amicos, quibus si qua calamitas propter istum, saluis  
uectigalibus nostris, accidisset, animaduertere in eum  
uos opporebat, praesertim cū ea lege iudecarietis, quae  
sociorum causa esset constituta. cum uero, perditis,  
prostigatisq. socijs, uectigalia populi R. sint deminuta,

res frumentaria, commeatus, copiae, salus urbis, at-  
que exercitum nostrorum in posteritate in istius auari-  
tia, interierit: saltum commoda uestra respicie, si socij  
fidelissimis proficere nos laboratis. Atque, ut intelli-  
gatis, ab isto, prae lucro, praedag, praesenti, nec ne-  
digalium, nec posteritatis habitan ebe rationem; co-  
gnoscite, quid ad extreum scribat Metellus. In rela-  
quum tempus ait se uectigalibus profexisse, non scribe-  
ret se uectigalibus profexisse, nisi hoc uellet ostendre,  
te uectigalia perdidisse. quid enim erat, quod uectigal-  
lia proficeret Metellus in decumis, & in totare fru-  
mentaria, si iste non uectigalia populi R. suo quaestu  
peruerisset? atque ipse Metellus, qui uectigalibus pro-  
spicit, qui reliquos aratores colligit, quid asequitur, ni  
si hoc ut arent, si qui possunt, quibus arorum saltu  
aliquid satelles istius A pronius reliquum fecit; quia  
men in agris spe, atque exspectatione Metelli rema-  
runt. Quid ceteri Siculi? quid ille maximus numerus  
aratorum, qui non modo ex agriis electi sunt, sed etiam  
ex ciuitatibus suis, ex prouincia, denique bonis, fortu-  
nisq. omnibus creptis profegerunt, qua ratione iu revo-  
cabuntur? quot praetorium innocentias, sapientiaq. opus  
est, ut illa aratorum multitudine aliquando in suis agris,  
ac sedibus collocetur &c. ac, ne miremini tantam multi-  
tudinem profugisse, quantam ex litteris publicis arato-  
rumq. professionibus cognovisti; scitur, tantam acer-  
bitatem istius, tantum scelus in aratores suis, (incre-  
dibile dictu est, iudices: sed & factum, & tota Sicilia  
perulgatum) ut homines, propter iniurias, licentiaq.  
decumanorum, mortem sibi ipsi consuerint. Centu-  
pinum Dioclem, hominem locupletem, suspendebit  
stat, quo die sit ei nunciatum A pronium decumas rede-  
misse. Dyrrachinum, primum ciuitatis, eadem ratio-  
ne morte oppetiſe, dixit apud uos, homo nobilissimus,  
Archonidas Elorinus, cum audisset, tantum, decu-  
manum professum esse, ex dicto istius sibi deberi, quan-  
tum ille bonus fuis omnibus efficere non posset.

## EXPLANATIO

POSSI DET NOMO.} quinam igitur possident? incolae. supra: Quid Halycenses? quorum incolas  
decumas dant, ipsi agros immunes habent. EX PECT ARE nolite.} ut testimonium in Apronium  
dicant. VERSATI.} non refero hoc uerbum ad rapinas Apronij, sed ad quaestum, & compedium:  
ut hoc dicat: Versati sunt, cum Apronius raperet ab incolis, & a Mnistrato, in quaestu, compendoq.  
proprio. CIVITAS,} supra: Ipsi Leontini publice non sane me multum adiuuerunt. LEGATIO.} quae cum aliarum ciuitatum legationibus ad accusandum Verrem Romanum non uenit. MIHIMET,} sine testimonijis eorum. SIVEADO.} Modus loquendi. Lib. I. Huius improbissimi furti, siue adeo  
nefariae praedae. INGENTEM, immanemq. praedam} maior est in Immanem, quam in Ingensem,  
significatio. MAGNO.} nam uenire pluris, quam medimum xxx millia, nulla ratione potuerunt:  
cum agri Leontini professio esset ad iugerum xxx millia, ut infra ostenditur & e singulis iugericibus  
caperentur, ubi messis optima, medimni deni: quo siebat, ut medimni, qui decumae nomine dabantur,  
totidem plane, quot iugera, essent. ergo, si sunt iugera xxx millia, decuma item erit medimum  
xxx millia: cum scilicet agri fructus est, quantus maximus esse potest. nam interdum octo tantum  
medimni, nonnunquam pauciores in iugero colliguntur. Verres autem gloriabatur, magno se decu-  
mas uendidisse, quia non solum xxx millibus medimum uendidisset, quae, ut dixi, millis optimis  
decuma fuit, sed etiam xxxvi millibus, idest sex in millibus amplius; qui sunt omnino modium c c x vi  
millia: ex quo rem populi Romani diligenter curasse uidebatur. Cicero contra ostendit, ipsum sibi  
Verrem dimidio plus ex agro Leontino abstulisse, quam populo Romano miserit. E o s,} decumanum  
Apronium. C D millia mod.} ut infra, ratione subducta, patebit. LVCRI faciunt,} qui uiden-  
tur quidem esse decumani, sed Verri tamen, non sibi, lucrabantur. D A M N V M facturos,} qui uoca-  
ti ab aratoribus in iudicium condemnati essent, nisi Verres ex cohorte sua, qui iudicarent, recuperato-  
res dedisset. A G E R efficit, cum octauo bene ut agatur; } non dubito, quin legendum sit: Ager reficit  
cum

cum octauo: pro, reddit. Sic infra: Cum ager cum decumo ex tulisset. Hoc uerbo cum eodem sensu usus est in Parad. Hoc proposito, inquit, numquam eris diues, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri quatuor legiones, & magnae equitum, ac peditum auxilia possit. **I N S A N I V I T** § cum decumas pluribus emit medimnis, quam quantus esset iugera numerus. **H A E C S V N T ad tritici medimum x c millia** § hoc modo. Si decuma una est tot medimnorum numerus, quot iugera; & iugera sunt omnino x x x millia; ternas autem decumas in singula iugera ab aratoribus ex primis Aproniis: sequitur, vt medimnorum numerus, qui esset ex una decuma x x x millia, sit ex tribus x c millia. ergo **L I V** millia medimum lucri facit Verres: nam Apronio decumam populi Romani uendiderat x x x v i millibus medimum: idq. in tabula retulit: reliquum autem, viisque ad x c. millia, quod Apronio datum est, ipse ad se translit. plus igitur lucratus est Verres, quam populo Romano datum. ex tribus enim decumis duas ille habuit, populus vnam. **Q V A N T I decumae venierunt**, § Apronio. uenierunt enim x x x v i millibus medimum: quae c c x v i millia modium sunt. haec si deducantur a Verres lucro, quia decumae nomine ad populum Romanum pertinent; supersunt, quae Verres lucrifacit, c c c x i v millia. persequitur Cicero hac ratione singula tritici lucra, quae ad ipsum Verrem, praeter populi Romani decumam, peruererunt: ut expletat summam promissi sui, quod dixerat velle se ostendere, in unius agri Leontini decumis lucri fecisse Apronium, id est ipsum Verrem, c d millia modium. **T O T I V S summae d x l millium mod.** § medimum x c millium. Addidit autem Verres ad iniuriam trium decumarum quinquagesimas tres: ut essent primum decumae pro una tres, deinde totius summae, id est d x l millium modium, tres praeterea quinquagesimas, id est tritici modium x x x i i millia c d. **S V N T H A E C iam** § tres decumae cum tribus quinquagesimis. **A D H S** § notam H-s, vt perspicue mendosam, delci. c c c x l millia § sic in antiquis libris, sed mendose. nam ex tribus decumis, & earum tribus quinquagesimis colliguntur, quae ad Verrem perueniant, c c c l v i millia c d modij, deductis c c x v i millibus, quae ad populum Romanum decumae nomine pertinebant. **A D S I N G V L A** medimna multi H-s duo, § idem, ac si diceret, ad singula millia medimum multi H-s duo millia. codem enim ratio redit. **M V L T I H-S** quinque § ad duobus ad quinque violenta transgressio. itaque malim, tres. & apte quadrat, ut alij unum, alij duos, nonnulli tres sextertios ad singula medimna dare cogentur. **A D H-S x c millia**. § ut compleatur summa promissi. nam si ad c c c l v i millia c d modios ac cedant, H-s. x c millia, quae pretium sunt sex millium medimum, aestimato medimo quindecim sextertijs; sex uero millia medimum, sunt x x x v i millia modium: fient omnino c c c x i i millia c d modij. quod a c d millibus, quae lucri facta esse a Verre Cicero se velle ostendere pollicitus est, parum distat. **D I M I D I O ipse plus abstulit** § non dicit dimidium eius, quod populo Romano misit, quod x y i i i millia medimum fuisse: neque alterum tantum, quod x x x v i millia medimum: sed dimidio plus, id est, & alterum tantum, quantum illud fuit, quod populo Romano misit, & dimidio amplius: quod totum est l i v millia medimum, vel c c c x i v millia modium. tantum enim lucrificat Verres in tribus decumis; quod iam dictum est in eo loco: Deductis tritici modium e c x x v i millibus, quanti decumae uenierunt, reliqua tritici c c c x i v millia. Loquitur igitur Cicero non de toto Verres lucro, quod c d millia modium fuisse dixit, uerum de eo tantum, quod trium decumarum nomine fecit ex agro Leontino. nam ad decumas ternae praeterea quinquagesimae, & ad quinquagesimas accedebant in singula medimna singuli saltem nummi. quorum hic ratio non habetur. nam si haberetur; verius erat, duplo plus, quam dimidio plus. **S i, v t l e x** eset libido tua, paruo: § cum uideam subiungi, Paruo uenidisti, offendor iteratione eiusdem uerbi. nam particula, Si, ter hic repetita, uarietatem in pretio decumarum singulis locis requirit. accedit alterum uitium, quod tertio loco, Si, repetita nihil affert, quod a Verres libidine non pendeat. at libidinis proxime facta mentio est: itaque, quod sequitur, ad reprehensionem Verres nihil addit. uenit igitur in mentem suspicari, hoc totum ita coniungi debere; Si, ut lex eset libido tua, ut, quae dimidiae esse, decumae uocarentur, paruo uenidisti. ita & absurdilla, minime Ciceronis ingenio digna, repetitio uerbi, Paruo tolletur: & distractae eius sententiae partes componentur. quorsunq; enim exactae pro decumis dimidiae, nisi ad libidinem, spectant? cur igitur, quasi diuersum aliquid, separatim ponantur? Sententia uero haec est. Si de exigendis non decumis, sed dimidiis pro tua libido cogitasti: multo pluris uendere potuisti. nam, ut uno utamur exemplo, ex agro Leontino, cuius agri professio est ad iugera xxx millia, si dena medimna ex iugero percipiuntur, vniuersa summa fit c c e millia medimum: quorum dimidiae sunt, c l millia, multo scilicet plus, quam x x x v i millia, quanti decumas eius agri uenidisti. ita neq; legi, quia magno, neque libidini tuae, quia paruo uenditae decumae, satisfactum a te est. **F R V C T V S annui Siciliae** § non, omnes fructus, sed omnium fructuum dimidiae. nam et si omnium agrorum decumae pluris a te quam lege liceat, minus tamen, quam hortari videbatur libido tua, uenierunt. Dicit autem, Fructus annui Siciliae, ab agro Leontino ad omnes Siciliae agros oratione traducta; ut ostendat, non unius agri Leontini, sed Siciliac totius decumas pluris, quam lex permetteret, a Verre uenisse. **S I D T E senatus, aut populus Romanus facere voluisset.** § hoc addit, ne Verrem, quia dimidias non uendiderit, accusare uideatur. Numquam, inquit, senatus, aut populus Romanus de dimidiis tibi mandasset, sicuti de decumis, legitimis tamen, mandauit. **E T E N I M saepe decumae tanti venierunt** § reddit ad decumas, dimidiis omis. Quid gloria Verres, magno a te venditas esse decumas? tantidem alij quoque saepe uendiderunt, nec tamen, ut tu, contra legem Hieronicam. Hic mihi scrupulus, & quaedam iniecit dubitatio. Qui enim legē Hieronica

Hieronica decumas magno vendere Norbano , alijsq. licuit , Verri autem eadem lege tantidem non licuit ? quod ei Cicero obiecit ijs uerbis : Si ex lege , magno : & hic , subiungens , Lege Verrea : quasi iniqua , & Hieronici dissimuli . Nimurum , vt eximatur scrupulus , ita credendum est . Verrem , et si non dena medimna in iugero nascerentur , quod accidere solitum , vbi sationem dij omnes adiuarent , Cicero dixit , ad eam tamen rationem decumas triennio uendidisse , vt medimnorum numerus iugerum numerum aquaret : quasi perpetuum esset , quod perquam raro contingenter : cum lex Hieronica medimnum ex iugero , decumae nomine ; ijs dumtaxat concederet , cum dena medimna arator ex iugero caperet : ubi uero minus , decuma minuebatur , idest medimno minor erat . Norbanus autem , & alij , qui tanti decumas iure vendiderunt , quanti Verres iniuste , per legem Hieronicam id facere potuerunt , in maxima agrorum ubertate , denis medimnis ex iugero perceptis . L E G E V R E E Z quasi Verres non ad legem Hieronicam , sed ad suam libidinem , veluti legem quandam , in uendendis decumis respexit . A T Q U E T V M neque iudicium z quac recte fecit Verres , non solus , neque primus fecit nam & Norbanus , & alij , messe optima , tanti decumas vendiderant . idem solus multa facit improbe , vt cum iudicium de modo iugerum dedit , cum recuperatores e sua cohorte : & quae infra narrantur . I A M I S T E nouum Verris lucrum addit ad superiora : quod vbi alicuius agri decumam venderet , a singulis decumanis , praetor decumam , bina , uel terrena millia nummum sibi exigeret : quo nomine H S fortasse d millia per triennium fecit . Erant enim Siciliae populi , Plinio teste , l x x i i . totidem igitur eorum decumae . pro quibus singulis si bina millia nummum exigantur , triennio fient c d x x x i i millia nummum , eqq. amplius , quod a nonnullis decumanis non bina , sed terrena millia nummum accessionis exigeret decumani porro totum illud a miseris aratoribus exercebat . N E Q U E E A M pecuniam retuliz in aerarium : non enim populo , sed sibi exigebat . P A R V U M crimen z quia minimum hoc lucrum , si cum decumis illis , & quinquaginta , & nummorum pro singulis medimnis accessione conferatur . S V B S C R I B I T V R . z eodem uerbo usus est supra ; iugerum suescriptio , ac professio . A G R I M uicenfis z Mutyensis , rectius , ut supra . D E T E R R V I T , z ne Romanu uenirent ad testimonium dicendum . A N A M I C U M laedendi esse cupidum z quod certe nemo dicit . amicum enim laedere nemo cupit Bt s Euno primum , deinde Athenione ducibus . Eunum P. Pupilius , Athenionem M. Aquilius deuicit . P R A E T O R I B U S z proconsulibus Rupilio & Aquilio : sed , praetoribus , idem valet . A R A T O R E S reliquos non colligebant . z quia non diffugerunt ijs praetoribus , vt praetore Verre . S V P P L I C A R E T , z vt supplicauit Metellus . P R A E S E N T oret , z vt idem Metellus .

## O R A T I O

**H**AEC , tu tametsi omnium hominum dissolutissimus , crudelissimusq. semper fuisti , tamen numquam perpetere : quod illi gemitus , luctusq. proniciae ad tui capitum periculum pertinebant ; non inquam , perpetere , ut homines iniuriae tuae remedium morte , ac suspedio quaererent , nisi ea res ad quaestum , & ad praedam tuam pertineret . quid , illud perpetere ? attendite , iudices : omnibus enim nervis mibi contendendum est , atque in hoc laborandum , ut omnes intelligent , quam improbam , quam manifestam , quam confessam rem pecunia redimere conentur . graue crimen est hoc , et uehemens , & post hominum memoriam , iudiciaq. de pecunijs repetundis constituta grauissimum , praetorem populi R. socios habuisse decumanos . non hoc nunc primum audit priuatus de inimico , reus ab accusatore : iam antea in sella sedens praetor , cum prouinciam Siciliam obtineret , cum ab omnibus non solum , id quod commune est propter imperium , sed etiam , id quod istius praecipuum est , propter crudelitatem metueretur , millies audiuit , cum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret , sed conscientia sceleris , auaritiaq. suae frenaret : loquebantur enim decumani palam , & praeter ceteros is , qui apud istum plurimum poterat , maximosq. agros populabatur . Apronius , per paruum ex illis magnis lucris ad sepe peruenire , praetorem esse socium . Hoc cum palam decumani tota prouincia loquerentur , tuumq. nomen in rem turpi , nefariaq. interponerent ; nihil ne tibi uenit in mentem existimationi tuae consulere ; nihil denique capiti , ac fortunis tuis prouidere ? cum tui nominis ter-

ror in auribus , aximisq. aratorum uersaretur ; cum de cumani aratoribus ad pactiones faciendas non suauim , sed tuum scelus , ac nomen opponerent ; ecquod iudicium Romae tam dissolutum , tam perditum , tam nummarium fore putasti , quo ex iudicio te illasalus seruare posset ; cum planum fieret , decumis contrainstituta , leges , confuetudinemq. omnium uenditis , in aratorum bonis fortunisq. diripiendis decumanos ditasse , tuas esse partes , tuam praedam , idq. te tacuisse , & , cum dissimulare non posset , potuisse tamen perperi , & perferrere ; quod magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem , plusq. aliquanto apud te pecuniae cupiditas quam iudicij metus posset . Esto : cetera negare non potes : ne illud quidem tibi reliquum fecisti , ut hoc posses dicere , nihil eoru te audisse , nihil ad tuas aures de infamia tua peruenisse . Querebantur cum luteo , & gemitu aratores : tu id nesciebas ? fremebat tota prouincia : nemo id tibi renunciabat ? Romae queriniae de tuis iniurijs , conuentus q. habebantur : ignorabas haec ? ignorabas haec omnia ? quid ? cum palam Syracusis , te audiente , maximo conuentu , P. Rubrius Q. Apronium sponsione lacepsius , ni Apronius distaret , te sibi in decumis esse socium , haec te uox non perculit ? non perturbauit ? non , ut capiti , & fortunis tuis propiceres , excitauit ? tacuisti , sedasti etiam lites illorum , & sponsio illa ne fieret , laborasti . Prodi immortales , hoc aut innocens homo perpeti potuisse , aut , quamuis nocens , qui modo iudicia Romae fore pataret , non aliqua se simulatione existimationi homini vindicasset ? Quid est hoc ? sponsio fit de capite , ac fortunis

rum tuis: tu fedes, & quiescis? non persequeri? non perseueras, non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audierit? unde hoc natum, quemadmodum prolatum sit? si quis tibi ad aurem accessisset, & dixisset Apronium dicitare, te sibi esse socium: commoueri te oportuit vocare Apronium, nec illum ante tibi satisfacere, quam tu omnium existimationi satisfecisses, cum uero in foro celeberrimo, tanta frequentia, hoc uerbo, & simulatione Apronio, re uera tibi obiectum eset: tu umquam plagam tacitus accipere potuisses, nisi hoc ita statuisses, in re tam manifesta quidquid dixisses, te detinens esse facturum? quaestores, legatos, praefectos suos, tribunos multi miseros fecerunt, & de prouincia decedere iusserunt, quod eorum culpa se minus commode audire arbitrarentur, aut quod peccare illos aliqua in re iudicarent. tu Apronium, hominem uix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum, qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset, eum in tanto tuo dedecore non profectio ne uerbo quidem grauiore appellases, neque apud te tam sancta religio societas fuisset, ut tui capitii periculum negligeres, nisi rem tamnotam esse omnibus, & tam manifestam uideres. cum eodem Apronio postea P. Scandilius, eques R. quem uos omnes nostis, candem sponsionem de societate fecit, quam Rubrius

facere uoluerat, inflit, oppressit, non remisit: facta, est sponsio H-S v millia. coepit Scandilius recuperatores, aut iudicem postulare. Satis ne nobis praetori immo circumdati cancelli nidentur in sua prouincia, immo uero in sella, ac tribunal, ut ant de suo capite iudicium fieri patiatur praesens, ac sedens, aut confiteatur se omnibus iudicibus conuinci necesse esse? sponsio est, ni te Apronius in decumis socium esse dicat: prouincia tua est: ades: ab te iudicium postulatur: quid facis? quid decernis? recuperatores dicas te daturum. bene agis. tametsi qui erunt tantis ceruicibus recuperatores, qui audeant in prouincia, cum praetor adsit, non solu contra uoluntatem eius, sed etiam contra fortunas iudicare uerum esto; manifesta res est: cum nemo eset, quin hoc se audiisse liquido dicaret: locu pletissimus quis que certissimus testis eset: nemo erat Sicilia tota, qui ne sciret decumas esse praetoris; nemo, qui non audisset, ita Apronium dicitasse. praeterea conuentus honestus Syracusis, multi equites R. uiri primarij. ex qua copia recuperatores rei ci oportet, qui aliter iudicare nullo modo possent. instat Scandilius posse recuperatores, tum iste, homo innocens, qui illam sufficionem leuare, atque ab se remouere cuperet, recuperatores dicte se de cohorte sua daturum.

## EXPLANATIO

**Q**uo ex iudicio te ulla Salus seruare posset? & imitarus est Terentium, qui dixit in Ad.

Ipsa si cupiat Salus,

Seruare prorsus non potest hanc familiam.

Quo spectat illud etiam pro Fonteio: Salus ipsa uirorum fortium innocentiam tueri non potest.

**C**ONTRA instiuta legis, & Hieronicae. uel lege, quod magis probo, Contra instituta, leges.

**S**PONSIONE lacepsuit, & promissa certae pecuniae solutione, si causa caderet. **N** I A P R O N I U S dicti taret, & similia sponsionis exempla saepe occurruunt, ut in Pisonem, in ep. ad Trebatium, in Valerio Max. EXISTIMATIONI hominum & eorum, qui aderant, Siculorum. non enim placet, Populi Romani: quod alijs uidetur esse rectius, quam, Hominum. Infra quoque, Exspectant, inquit, omnes, quantae tibi ea res curae sit, quemadmodum hominam existimationi te, atque innocentiam tuam probari uelis. A N T E tibi satisfacere & ante tibi purgatum esse. quam tu purgatus es omnibus. nota uerbis significatio. unde Satisfactionem accipere. Q V AESTORES, legatos, praefectos suos, tribunos & ordinem seruauit. nam quaestor legato, legatus praefecto, praefectus tribuno mil. honore antecellit.

**A** N I M A M & Spiritum. supra: Odor Apronij taeterimus oris. Non PROFECTO & miror sublatam esse particulam, Non: cum eam sententia non modo postuleret, uerum etiam flagiter. dicit enim Cicero, non esse Apronium a Verre ne uerbo quidem grauiore appellatum: quod futurum non fuisset, nisi Verres notam esse re omnibus, & manifestam uideret. non profecto commisisses, inquit, ut eum ne uerbo quidem grauiore appellares, neque tanti apud te nefaria illa societas fuisset, nisi rem ita notam omnibus uideres, ut infamiam a te in Apronium auertere nulla ratione posses. Neque apud te & patet sensus: cur igitur, Atque, pro, Neque, reponatur: quod alij prebarunt. SOCIETATI & furorum, ac praedarum. VIDERES & dixit affirmans, non interrogans. CIRCVMDATI cancelli impedit necessitas. cogitur enim, cui cancelli circumdantur. TANTIS ceruicibus & tam forti animo. QVI ILLAM sufficionem leuare, abs se remouere cuperet, & ironia.

## ORATIO

**P**RO deum hominumq. fidem, quem ego accuso? in quo meam industriad, ac diligentiam spectari uolo? quid est, quod ego dicendo, aut cogitando efficerem, aut assequi debeam? teneo in mediis uectigalibus populi R. in ipsis fructibus prouinciae Siciliae furem manifesto auertentem rem frumentariam omnem, penitiam maximam: teneo, inquam ita, ut negare non

possit. nam quid hic dicet? Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, nisi socium te sibi indecumis esse dicitaret. exspectat omnes, quantae tibi ea res curae sit, quemadmodum hominum, existimationi te, atque innocentiam tuam probari uelis. hic tu medicum, & haruspicem, & praeconem tuum recuperatores dabis? aut etiam illum ipsum, quem tu in cohorte

DD

cohorte tua Cassianum iudicem babebas, si quares maior eset. Papirium Potamonem, hominem seuerum, ex ueteri illa equestris disciplina? Scandilius postulare de conuentu recuperatores, tum iste negat se de existimatione sua cuiquam, nisi suis, commissurum. negotiatori res putant esse turpe, id forum sibi iniquum eiurare, ubi negotiatur: praetor prouinciam suam totam sibi iniquam eiurat. o impudentiam singularem: hic postulat se Romae absolui, qui in sua prouincia iudicavit se absolu nullo modo posse, qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam, quam apud tres negotiatori res metum ualere? Scandilius uero negat se se apud Artemidorum recuperatorem uerbum esse facturum, et tamen auget, atque onerat te bonis condicionibus, si tu utri uelis, si ex prouincia Sicilia tota statuebas idoneum iudicem, aut recuperatorem nullum posse reperiri, postulat a te, ut Romanam reiicias. hic enim uero tu exclaims hominem improbum, qui postulat ibi de tua existimatione iudicium fieri, ubi te inuidiosum esse intelligebat: negas te Romanam reiecturum: negas de conuentu recuperatores daturum: cobortem tuam proponis. Scandilius rem te totam relicturum dicit, et suo tempore esse redditurum: quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis: quid? sponsonem acceptam missam facere? impudenter tollis expectatum existimationis tuae iudicium. non facis. quid ergo? Apronio permittis, ut, quos uelit, de coborte sumat recuperatores? indignum, uni potius ex inquis sumendi, quam utrisque ex aequis reiiciendi, fieri potestatem. uerum facis eorum. quid ergo? est aliquid, quod improbus fieri potest: cogit enim Scandilium quinque illa millia numerare, atque ad numerare Apronio. quid potuit eleganti facere praetor cupidus existimationis bona? qui ab se omnem suspicionem propulsaret, qui se eripere ex infamia cuperet? adductus erat in sermonem, iniudicium, uituperationem: dicitaret homo improbus, atque impurus Apronio, solum esse praetorem. uenerat res in iudicium, atque discrimen: potestas erat isti, homini integro, atque innocenti, data, ut, in Apronium cum animaduertisset, se se granissima leuare infamia. quid excogitat poena? quid animaduersionis in Apronio? cogit Scandilium Apronio, ob singularem improbitatem, atque audaciam, praedicationemq. nefariare societas, H.S V millia, mercedis nomine, ac prae mij, dare. Quid interfuit, homo audacissime, utrum

hoc decerneret, an id, quod Apronius dictabat, tu de te proferres, ac dictares? quem hominem, si quis pudor in te, atque adeo si quis metus fuisset, sine suspicio dimittere non debuisti, bunc abe sine pae-mio discedere nolusti. Omnia simul intelligere potestis, iudices, ex hoc uno criminis Scandiliano: primum, hoc non esse Romae natum, de societate decumarum, non ab accusatore fidum, non, ut solemus interdum in defensionibus dicere, crimen domesticum, ac uenaculum, non ex tempore periculi tui constitutum, sed uetus; non incognitum iam, sed te praetore iactatum; non ab inimicis Romae compositum, sed Roman de prouincia exportatum. simul intelligi potest illud istius in Apronium studium, Aproni de isto non modo confessio, uerum etiam commemoratione. eodem accedit, quod hoc quoq. intelligere potestis, istum statuisse in prouincia sua, existimationis sae iudicium extra cobortem suam comitendum fuisse nemin. ecquis est index, cui non ab initio decumani criminis perjuasum sit, istum in aratorum bona, fortunasq. impetum fecisse? quis hoc non ex eo statim iudicauit, quod ostendi, istum decimas noua lege, atque adeo nulla lege, contra omnium consuetudinem, atque instituta uenidisse? uerum, ut istos ego iudices, tam seuos, tam diligentes, tam religiosos; non habere, ecquis est, ex iniuriarum magnitudine, improbatate decretorum, iudicorum iniquitate, qui hoc non iamdudum statuerit, et iudicari? etiam sane, sit aliquis dissolutior in iudicando, legum, officiis, rei, sociorum, atque amicorum negligentior. quid is? possit ne de istius improbatate dubitare, cum tanta lacra facta, tam iniquas pactiones ui, et metu expressas cognoverit? cum tanta praemia ciuitates ui, atque imperio, uirgarum, ac mortis metu, non modo Apronio, atque eius similibus, uerum etiam uenit servis dare coactas? quod si quis sociorum incommode minus monetur, si quem aratorum fugae, calamitates, exilia, suspendia denique non permouent; non possum dubitare, quin is tamen, cum uastata Siciliam, reliquias agros, ex ciuitatum litteris, et epistola L. Metelli cognoverit, statuat fieri non posse, ut de isto non se uerisime iudicetur. erit etiam aliquis, qui haec omnia assimilare, ac negligere possit et attuli sponsones, ipso praesente factas de decumarum societate, ab ipso prohibitas iudicari: quid est, quod posset quisquam manifestius hoc desiderare?

## EXPLANATIO

C OGNITORE tuo? qui te optime nosset, cuiq. credi oporteret, sociu te sibi in decumis esse dictant. N I S O C I Y M I T I B I ? supra, bis: Te sibi: quod magis placet. CASSIANUM? seuerissimum, a L. Cassio, qui scopulus reorum vocabatur, quaerendumq. dicebat, Cui bono, Cassiani iudices dicti, quasi Cassio similes, pro Roscio Am. act. 1. Pro Milone. Phil. 2. PAPIRIUM Potamonem, ? scribam, & familiarem Caeclij, qui Verrius quaestor fuit, nominatur in Diuin. HOMINEM seuerum, ? minime seuerum, cum sit de cohorte Verri. IN QVVM eiurare, ? ut iniquum recusare. Phil. xii. Sic me iniquum eierabant. Et lib. ii. de Orat. Eiero, inquit: iniquus est. APVD TRES negotiatori, ? quos de conuentu iudices esse noluit. Tres autem recuperatores erant. METVM? sensus est. Tres de conuentu iudices purauit se uere iudicatueros, nullo metu praetoris: itaque negauit de sua existimatione se eis esse commissurum. qui igitur apud tres negotiatori metum non ualere iudicauit, is nunc apud lectissimos senatores iudices uale-re pecuniam putat? ARTEMIDORVM? medicum Verri, de quo supra. SPONSIONEM acceptam facere? ? Facere, pro persequi. Quod, inquit, non facis: in quo tollis expectatum existimationis tuae iudicium: quia scire homines cupiebant, quid de tua existimatione decerneretur. Hoc igitur est, in quo primum peccas, quod Scandilium non cogis litem persequi: alterum, quod Apronio non permisisti, ut quos

quos uelit de tua cohorte recuperatores sumat. IMPUDENTER tollis exspectatum existimationis tuae indicum. & lego sine interrogandi nota, hoc sensu. Iudicium fieri non uis in ea re, in qua homines, quid de tua existimatione decerneretur, exspectabant. NON facis. & non cogis acceptam sponsonem facere Scandilium. APRONIO permittis, & an hoc facis & ne hoc quidem. VNIQUE Apronio. EX INIQVIS & e cohorte Verris. VTRISQUE Scandilio, & Apronio. EX AEQVIS & econuentu. REI CENDI & potuis serenam uterque, si quem de conuentu recuperatorem non probasset, eum rei scire. QVIENQUE millia nummum & quibus Scandilius sponsonem fecerat, ni Apronius dictaret, socium sibi Verrem esse in decumis. OB SINGULARIBUS improbitatem, atque audaciam, quasi Scandilij singularis improbitas, & audacia in lacefendo sponsonem illa Apronio fuisse. Hoc DECERNERES, & quod in Scandilium decreuisti, TUDENTER proferes. & te Apronio socium esse in decumis. idem fuit, & hoc decernere; & de te ipso, quod Apronius dictabat, proferre. QVEM hominem & Apronium. SI QVIS pudor & uerbis illius existimatione tua laesa: quod pudor tuus ferre non debuit. SI QVIS metus & legum, ac iudiciorum. DOMESTICVM, ac uernaculum, & dominatum, ut uernae serui nascuntur. IAM, & hoc tempore. SPONSIONES & Rubri, & Scandilij.

## ORATIO

**N**ON dubito, quin uobis satis fecerim, iudices: Nuerum tamen progrediar longius; non me hercule quo magis hoc uobis persuadeatur, quam iam persuasum esse confido; sed ut ille aliquando impudentiae suae finem faciat, aliquando destinat ea se putare posse emere, quae ipse semper habuit uenalia, fidem, iustitiam, ueritatem, officium, religionem; destinant amici eius ea dicitare, quae detimento, maculae, inuidiae, infamiae nobis omnibus esse possint. at qui amici? o miserum, atque inuidiosum, offenditumq. paucorum culpa, atque indignitate ordinem senatorium. Albam, Aemilium, sedentem in fauibus macelli, loqui palam, uicisse Verrem, emptos habere indices, alium H-S C D millibus, alium H-S D millibus; quem minimo, ccc millibus? at q. ei cum responsum esset fieri non posse; multo res esse diuersos; me praeterea causa non defu-

turum: licet hercules, inquit, omnes omnia dicant: nisi ita res manifesta erit allata, ut respodere nihil possit, uicimus. Bene agis, Alba: ad tuam ueniam condicione. nihil putas ualeere in iudicij conjecturam, nihil suspicionem, nihil anteactae uitae existimationem, nihil bonorum uirorum testimonia, nihil ciuitatum auctoritates, testimonia, litteras: res manifestas quaeris. non quae ro indices Cassianos: ueterem iudiciorum severitatem non requiro: uestrarum in hoc fidem dignitatem, & religionem in iudicando non imploro, Albam habebo iudicem, cum hominem qui se ipse scurrum improbissimum existimari uult; qui a scurris potius semper gladiator, quam scurra, appellatus sit. afferam rem eiusmodi in decumis, ut Alba fateatur, istum in refuuentaria, & in bonis aratorum aperte, palamq. esse praedatum.

## EXPLANATIO

**A**T QVI amici? & hoc cum dolore pronunciat. quod eius amici, qui ea dicitent, quae uniuersum ordinem senatorium in inuidiam adducant, senatores ipsi sint. ideo subiungit: O miserum, atque inuidiosum, offenditumq. paucorum culpa, atque indignitate ordinem senatorium. Erat igitur senator Alba Aemilius, qui proxime nominatur, qui scilicet illa dicitabat. AD TAVAM ueniam condicione. & dixisti: Nisi ita res manifesta erit allata, ut responderi nihil possit, uicimus. At ego ita rem affectam manifestam, ut responderi nihil possit. LITTERAS manifestas quaeris. & mire placet, quod hic alii excogitarunt: Auctoritates, testimonia, litteras: res manifestas quaeris. EXISTIMARI uult, & ita turpiter uiuit, ut, si scurra existimetur, honori sibi ducat. at eum scurra suo dignum numine non purant, gladiatorem vocant: quod multo est ignominiosus.

## ORATIO

**D**E CVMAS agri Leontini magno dicit se uendidisse. ostendi iam illud initio, non existandum magno uendidisse eum, qui uerbo decumas uendiderit; re, & conditione, & lege, & editio, & licentia de cumancrum, decumas aratoribus nullas reliquias fecerit. etiam illud ostendi, uendidisse alios magno decumas agri Leontini, ceterorumq. agrorum; & lege Hieronica uendidisse; & pluris etiam, quam te, uendidisse; nec aratorem quemquam esse questum. nec enim fuit, quod quisquam queri posset, cum lege acquisitissima scripta uenient. neque illud umquam aratoris interfuit, quanti decumae uenirent. non enim ita est, ut, si magno uenie-

rint, plus arator debeat; si paruo, minus. ut frumentata sunt, ita decumae ueneunt. aratoris autem interest, ita se frumenta habere, ut decumae quaque plurimo uenire possint. dum arator ne plus decuma det, expedit ei decumam esse quam maximi. uerum hoc, ut opinor, esse uis caput defensionis tuae, magno te decumas uendidisse, agri uero Leontini, qui plurimum efficit, tritici mod. CCCXV I millia. si doceo, pluris aliquanto potuisse te uendere, neque ipsis uoluuisse addicere, qui contra Apronium licententur, & Apronio multo minoris, quam alijs potueris, tradidisse: si hoc doceo, potuerit ne te ipse Alba, tuus antiquissimus non solum

DD & amicus,

amicus, uerum etiam amator, absoluere? dico equitē R. hominem in primis honestum, Q. Minucium, cum sui similibus, ad decumas agri Leontini tritici mod. non M, non MM, nō MMM, sed ad unas unius agri decumas tritici mod. xxx millia uoluisse addere; & ei potestatem emendi non esse factam, ne res abiret ab Apronio. negare hoc, nisi forte negare omnia constituerit, nullo modo potes. palam res gesta est, maximo conuentu. Syracusis testis est tota prouincia; propterea quod undique ad emendas decumas solent eo cōuenire. quod siue fateris, siue convinceris: quot, & quam maximis in rebus teneare, non uides? primum, tuam remillam, & praedam fuisse: nam, nisi ita eset, cur tu Aproniu[m] malebas, quem omnes tuū procurare in decumis negotium loquebantur, quam Minucium, decumas agri Leontini sumere? deinde, immensum, atque infinitum lucrum esse factum: nam si xxx millia mod. tritici tu commotus non eses, certe hoc idem lucri Minucius Apronio libenter dedisset, si ille accipere uoluisset. quā tam igitur illi spē praedae propositā arbitramur fuisse, qui tantum praefens lucrum, nulla opera insumpta, comtempserit, atque defixerit? deinde ipse Minucius numquam tāti habere uoluisset, si decumas tulege Hieronica uenderes: sed quod tuus nouis edictis, & int̄quisimis institutis plus aliquanto se, quam decumas ab laturum uidebat, iccirco longius progressus est. ac Apronio semper plus etiam multo abs te permisum est, quam quod edixeras. quantum igitur quaestū putas factum esse per eum, cui quidus licitum sit, cum tātum lucri uoluerit addere is, cui si decumas emisset, idem nō liceret? Postremo: illa quidem certe tibi praecisa defensio est, in qua tu semper omnia tua fuit, atque flagitia latere posse arbitratus es, magno te decumas uendidiſſe, plebi R. consuluisse, ammonae prospexit. non potest hoc dicere is, qui negare non potest, se unius agri decumas xxx millia mod. minoris, quam potuerit, uendidiſſe: ut, etiam si tibi hoc concedam, Minucio ideo te non tradidisse, quod iam addixisset Apronio; (aut enim te ita dictitare: quod ego exspecto, cupioq. te illud defendere) uerum ut ita sit; tamen non potes hoc, quasi praeclarum aliquid praedicare, magno te decumas uendidiſſe, cum fuisse fateare, qui mul-

to pluris uoluerint emere. Tenetur igitur iā, iudicet, et manifesto tenetur avaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia. quid, si haec, quae dico, ipsius amici, defensoresq. indicarunt? quid uultis amplius? Aduentu L. Metelli praetoris, cum omnes eius comites iste sibi suo illo θαυματογόνo medicamento amicus redemisset, aditum est ad Metellum: eductus est Apronius: eduxit, uir primarius, C. Gallius senator: a L. Metello, ut ex edicto suo iudicium daret in Apronium, quod per uim, aut metum abstulisset, quam formulam Orla uianā & Romae Metellus habuerat, & habebat in prouincia, non impetrat; cum hoc diceret Metellus, praeiudicium se de capite C. Verres per hoc iudicium nolle fieri. tota Metellis cohors, hominum non ingratiorum aderat in Apronio. C. Gallius, homo nostri ordinis, a suo familiarissimo L. Metello iudicium ex edicto nō potest impetrare. non reprobendo Metellum. pepercit homini amico, et, quemadmodum ipsum dicere audiui, necessario: non reprobendo, inquam, Metellum: sed hoc miror, quo modo, de quo homine praeiudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipso nō modo praeiudicari, uerum grauiſſime, ac uehementiſſime iudicari. primum enim, si Apronium absolutum iri putaret, nihil erat, quod ullum praeiudicium uereretur: deinde si, condemnato Apronio, coniunctam cum eo Verris cauſam omnes erant existimaturi, Metellus quidem certe iam hoc iudicabat, eorum rem, cauſamq. esse coniunctam; qui statuerit, Apronio condemnato de isto praeiudicium futurum. & simul una res utrius rei est argumento; & aratores ui, & metu coactos Apronio multo plus, quam debuerint, dedisse; & Aproniū istius rem suo nomine egisse, cum L. Metellus statuerit, non posse Apronium condemnari, quin simul de istius scele re, atque improbitate iudicaretur. Venio nunc ad epistolam Timarchidis, liberti istius, & accensi: de qua cum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. haec epistola est, iudices, quā nos Syracusis in aedibus Aproniū, cum literas conqueriremus, inuenimus. misera est, ut ipsa significat, ex itinere, cum Verres iam de prouincia decessisset, Timarchidis manuscripta. Regita epistolam Thimarchidis.

## EXPLANATIO

**L**E G E, § Verrea, ipsius libidine: haec enim ei lex fuit. supra: Quis hoc non ex eo statim iudicavit, quod ostendi, istum decumas noua lege, atque adeo nulla lege, contra omnium consuetudinem, atque instituta uendidisse? D E C V M A M quam maximam. § uenire medimnis quam plurimis. nam quo pluris uenerunt, eo plus aratoſi relinquitur. Q V: plurimum efficit, § eti hoc & apertum est, & Latinum uidentur: malim tamen, Reficit: ut supra quoque simili loco. A M A T O R § cum uitio, & obscenae consuetudinis nota. alibi tamen sine uitio, sed per iocum, ut in ep. ad Paetum: S. C. scribuntur apud amatorem tuum. N E R E S, abiret ab Apronio. § ne Apronius excluderetur. Sic lib. I. Si res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoluisset, sibi nullam praedam esse. T V C O M M O T V S non eset, § infinitum Verris lucrum ostendit. Nam si lucrum hoc ad te non pertinuisset, dedisset illud Minucius, Apronio, si modo accipere uoluisset. uerum nec Apronio dedit, quia, cum tuus esset socius, uoluisti illum decumas redimere, non Minucium: quo maiorem quaestum faceres, quam erant illa XXX millia modium. P E R E V M § per Apronium. C V I Q V I D V S licitum sit, § cum ei plus etiam multo abs te permitteretur. quam quod edixeras. T A N T V M lucri § X XX millia modium. I D E M non licet? § idem quod Apronio. nam illo lucro XXX millium modium, quod Minucius dabat, cum pluris emeret decumas, quam Apronius, ideo contentus non fuisti, quia maiorem quaestum, Apronio decumano, cogitabas. D E F E N D E R E, § probare. quod, ut arbitror, non probabis. Cupio enim dixit, quia fore non credit, ut probet. P A N C H R E S T O § quod medetur omnibus morbis, ut panace herba.

herba. pecuniam significari constet, qua Verres uteretur ad omnia. E D V C T V S eft § in ius. ABSTV-  
LISSET, § ab aratoribus. FORMVLAM Octavianam § Octauio Praetore institutam. H A B V E R A T, §  
seruauerat. H O M I N V M non ingratorum, § qui, pecunia a Verre accepta ingratiffesse nolebant. H O-  
M O n o f f r i ordinis, § animaduertenda sunt haec. non impetrat senator: non impetrata suo familiarissi-  
mo: non impetrat ex edicto. H O M I N I amico § Verri. N E C E S S A R I O : § cognato. lib. 2. Repente  
coepit dicere, se omnia Verris cauſa uelle, sibi cum eo amicitiam, cognationemq. esse.

## O R A T I O

T I M A R C H I D E S . V E R R I S . A C C E N S U S . A P R O-  
N I O . S A L V T E M . D I C I T . Iam hoc quidem non  
reprehendo, quod adscriptis Accensus. cur enim si hoc  
scribae soli sumant? L. Papirius scriba. uolo ego hoc  
esse commune, lictorum, uiatorum. F A C D I L I G E N-  
T I A M . A D H I B E A S . Q V O D . A D . E X I S T I M A T I O-  
N E M . P R A E T O R I S . A T T I N E T . Commendat A-  
pronio Verrem, & hortatur ut inimicus eius rasifat.  
bono praesidio munitur existimatio tua, siquidē in A-  
pronii constituitur diligentia, atque auctoritate. H A-  
B E S . V I R T U T E M . A T Q V E . E L O Q U E N T I A M .  
Quam copioſe laudatur Apronius a Timarchide? quā  
magnifice? cui ego non putem illum placere oportere,  
qui tantopcre Timarchidi probatus sit? H A B E S .  
S V M P T U M . V N D E . F A C I A S . Necesse est, quod re-  
dundaret de neſtro frumentario quaestus, ad illum potis  
ſum, per quem agebatis, defluxiſe. S C R I B A S .  
A P P A R I T O R E S . R E C E N T E S . A R R I P E . C V M .  
L. V U L T E I O . Q V I . P L V R I M V M . P O T E S T . C A E-  
D E . C O N C I D E . V idete, quam ualde malitiaſue  
confidet Timarchides, qui etiam Apronio improbita-  
tis praecepta det. iam hoc. Cade, Concede, non uer-  
badomo patroni deſromere uidetur, ad omne genus  
nequitiae accommodata? V O L O . M I H I . F R A T E-  
R C V L O . T V O . C R E D A S . Conſorte quidem in lucris,  
atque furtis, gemino, & ſimillimo nequitia, improbi-  
tate, audacia. I N . C O H O R T E . C A R V S . H A B B A-  
R E . Quid eft hoc, In cohorte? quo pertinet? Apro-  
num doceſt? quid? in ueſtram cohortem te monitore,  
an ſua ſponte peruererat? Q V O D . C V I Q V E . O P V S .  
S I T . A P P O N E . Quia impudentia putatis eum in do-  
minatione fuſfe: qui in fugā tam improbus ſit? ait,  
omnia pecunia effici poſſe. da, profunde, appone, ſi  
uelis uincere, non hoc mihi tam moleſtum eft Apronio  
ſuadere Timarchidem, quam quod hoc idem patrono  
ſuo praecepit. T E . P O S T V L A N T E . O M N E S . V I-  
C E R E . S O L E N T . Verre quidem praetore, non Sa-  
cerdote, non Peducale, non hoc ipſo Metello. S C I S .  
M E T E L L U M . S A P I E N T E M . E S S E . Hoc uero fer-  
riam non poſteſt, irrideri uiri optimi L. Metelli inge-  
nium, & contemni, ac deſpici a fugitiu Timarchide.  
S I . V U L T E I V M . H A B E B I S , O M N I A . L V D I B Y N-  
D U S . P E R F I C I E S . Hic uebementer errat Timarchi-  
des, qui aut Vulteinum pecunia corrumpi putet poſſe,  
aut Metellum unius arbitratū gerere praeturam. ſed  
errat coniectura domesṭica: quia multos per ſe, & per  
alios, multa ludibrios libidinose apud Verrem effecis-  
ſe uidit ad omnes, eosdem patere aditus arbitratur. fa-  
cilius uos efficiebatis ludibundi, quae uolebatis a Ver-  
re, quod multa eius ludorum genere noratis. I N C V L-  
C A T U M E S T . M E T E L L O . E T . V U L T E I O . T E .  
A R A T O R E S E V E R T I S S E . Quis iſtuc Apronio at-  
tribuebat, cum aratorem aliquem euerterat? aut Ti-

marchidi, cum ob iudicandum, aut decernendum, aut  
imperandum aliiquid, aut remittendum, pecuniam ac-  
cepereſt? aut Sextio lictori, cum aliquem innocentem  
ſecuri percuferat? nemo, omne ei Verri tunc attribue-  
bant, quem nunc condemuari uolunt. O B T V D E-  
R V N T . E I V S . A V R E S . T E . S O C I V M . P R A E T O-  
R I S F V I S S E . Vides ne, hoc quam clarum ſit, &  
fuerit? cum etiam Timarchides hoc metuat, conce-  
des, non hoc crimen nos in te confingere, ſed iam pri-  
dem ad crimen aliquam defenſionem libertum quaere-  
re? libertus, & accensus tuus, & tibi, ac liberis tuis  
omnibus in rebus coniunctus, ac proximus, ad Aproniū ſcribit, uulgo eſſe ab omnibus ita demonstra-  
tum Metello, tibi Aproniu in decumis ſocium fuſſe.  
F A M . S C I A T I M P R O B I T A T E M . A R A T O R V M .  
I P S I . S V D A B V N T . S I . D I I . V O L E N T . Quod  
iſtuc, per deos immortales, aut qua de cauſa excita-  
tum eſſe dicamus in aratores tam infelitum odium, at-  
que tantum? quam tam iniuriam fecerunt Verri arato-  
res, ut eos etiam libertus, & accensus eius tam irato  
animō his litteris inſequatur? Neque ego huius fugiti  
ue iudices, epiftolam uobis recitalsem, niſi ut ex ea to  
tius familiae praecepta, & instituta, & disciplinam  
cognoveretis. V idetis, ut moneat Aproniu, qui-  
bus rebus, ac muneribus inſinuet in familiaritatem Me-  
telli. Vulteinum corrumpat ſcribas, accenſumq. pre-  
tio deleniat? ea praecepit, quae uidit: ea monet alie-  
num hominem, quac domi didicis ipſe. uerum in hoc  
errat uno, quod eadem existimat uias ad omnium fa-  
miliaritates eſſe munitas. quamquam merito ſum ira-  
tus Metello, tamen baec, quae uera ſunt, dicam. Apronius ipsum Metellum non pretio, ut Verrem, non  
conuinio, non muliere, non ſermone incauto, atque im-  
probo poſſet corrumpere, quibus rebus non ſenſim,  
atque moderate ad iſtius amicitiam arreperat, ſed bre-  
ui tempore totum hominem, totamq. eius praeturam  
poſſederat. Cohortem autem Metelli quam uocat, quid  
erat quod corrumperet? ex qua recuperatores nulli da-  
bantur. Nam quod ſcribit Metelli filium puerum eſſe,  
uebementer errat: non enim ad omnes praetorum filios  
iſdem aditus ſunt. O Timarchide, Metelli eſſt filius  
in prouincia, non puer, ſed adoleſcens bonus, ac pu-  
dens, dignus illo loco, ac nemine uester ille puer prae-  
textatus, in prouincia quemadmodum fuſſet, non dice-  
rem, ſi pueri eſſe illam culpat, ac non patris, exiſti-  
mare. Tu ne, cum te, ac tuam uitam noſſes, in Si-  
ciliam tecum grandem praetextatum filium ducebas?  
ut, etiam ſi natura puerum a paternis uitijſ, atque a  
generis ſimilitudine abduceret, coſuetudo tamen eum,  
& disciplina degenerare non ſineret. fac enim fuſſe in  
iſto C. Laclij, M. Catoni materiam, atque indolem:  
quid ex eo boni ſperari, atque effici poſteſt, qui in pa-  
tris luxurie, ſic uixerit, ut nullum umquam pudicum,  
neque

neque sobrium convivium uiderit? qui in epulis quotidianis, adulta actate, per triennium, inter impudicas mulieres, & intemperantes viros uerfatus sit? nibil umquam a pare audiuit, quo pudenter, aut melior esjet? nibil unquam patrem agere uidit, quod cum imitatus eset, non, id quod turpissimum est, similis patri putaretur? Quibus in rebus non solum filio, uerum etiam reip. fecisti iniuriam. suscepseras enim liberos non solum tibi, sed etiam patriae, qui non modo tibi uoluntati, sed etiam qui aliquando usui reip. esse posset. eos instituere, atque erudire ad maiorum instituta, atque ciuitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines, debuisti. eset, inerti, atque impuro, & improbo parente, nauis, & pudens, & probus filius: haberet aliquid abs te resp. muneris. nunc pro te Verrem subiectuisti alterum ciuitati. nisi hoc forte deterior est, si fieri potest, quod tu eiusmodi euasiisti non in hominis luxu

riosi, sed tantum in furis, ac diuisoris disciplina educatus: quid isto festiuus fore arbitramur, qui est tuus natura filius, consuetudine discipulus, uoluntate similis? quem ego indices, quamvis bonum, fortemq. facile pater euadere: non enim me inimicitiae commouent, si quae mibi cum isto futurae sint: nam si in omnibus rebus innocens fuero, meiq. similis, quid mibi istius inimicitiae docebunt? si aliqua in re Verri similis fuero, non magis mibi deerit inimicus, quam Verri defuit. etenim iudices eiusmodi resp. debet esse, & erit, severitate iudiciorum constituta, ut inimicus neque deesse nocenti possit, neque obesse innocentem. quapropter nulla res est, quamobrem ego istum nolim ex paternis probris, ac uitij emergere: id quod tametsi isti difficile est, tamen haud scio an fieri possit, praesertim si, ut nunc fit, custodes amicorum eum sectabuntur; quamiam pater tam negligens, ac dissolutus est.

### EXPLANATIO

**Q**uod adscripsit, Accensus, Timarchidem irridet quod adscripsit, Accesus, quasi honoris causa, quemadmodum, qui scribae erant, addebant, Scriba: ut, L. Papirius scriba: qui de cohorte Veris erat, & inter recuperatores dabatur, si qua res maiorageretur: ut paullo ante dictum est. cognomen ei fuit Potamoni. scriba, & familiaris Caeciliu vocatur in Diuin. COMMUNE accensorum lictorum, uiatorum. & ut, qui est accensus, adscribat, accensus; qui lictor, lictor; qui uiator, uiator: &c, quod licet scribis, idem omnibus liceat apparitoribus. CAEDE, concide. & omnia effice, nihil omittre, ut habeas eum in tua potestate. IN FVG A cum decederet una cum Verre, patrono suo. PRAECIPIT. & malim, Praecepit: cum de patrono suo Verre, qui iam decesserat, loquatur. TE POSTVLANTE & apud praetorem. OMNES & pro quibus postulas. INCVLCATVM est & persuasum, quasi per uim: ut in Vatinium; Inculasti, ut C. Pisone nominaret. SIDIUOLENT. & precantis est, non dubitantis, ut in Plauti Capt. Extemam ego hunc, si dij uolunt. Et in Poen. Collibertus meus faxo eris, si dij uolent, Simile illud in Capt. Efficiam tamen id, si dij adiuuant. INSINVET & addendum, Se, qui putant, huius uerbi consuetudinem obseruasle parum uidentur. uno contenti crimus exemplo ex ep. ad Nigidium: In ipsis consuetudinem insinuabo. SCRIBAS, accensoris & non igitur scriba Vulteius erat, sed forfaste legatus, aut quaestor. INCAVTO, & qui facile deciperet, qui caueri propter astutiam non facile posset. C. LAELII, & qui Sapiens dictus est. posterior autem significatur, Africani minoris familiaris sumus nam fuit alter, Africani maioris item amicissimus. M. CATONIS & Censorij, qui & ipse Sapiens est appellatus. MATERIEM, & praestantis naturae uim, quae, si accedat disciplina, mirabiles fructus effert. INDOLEM & non modo in pueris aut adolescentulis esse dicitur, sed in uiris quoque, ut hic, & pro Coelio: Si quis hoc robore arimi, atque hac indole uirtutis, ac continentiae fuit. ID QVOD turpissimum est & uideri eum patri suo similem. FVRIS, ac diuisoris & patris tui. act. I. QVOD isto festiuus & isto tuo filio. Festiu dicuntur pueri, id est amabiles: ut in ep. ad Torquatum: Praefertim ab iis pueris, quibus nihil potest esse festiu. FACILE paterer & non enim ab eo mihi timerem, ut a bono, fortio. QVEM Verri defuit. & Verri non defuit accusator: mihi similiter non deerit, si qua in re Verri similis fuero. NEQUE deesse nocenti, & nocentes enim accusabuntur. NEQUE obesse innocentem. & innocentes enim absoluuntur. HAVD scio an fieri possit, & fieri forfaste potest ob custodiā amicorum. quamquam uero, ne ambigue Cicero sit locutus, & cum infamia potius, quam cum laude pueri Verris; cum dicat, sectabuntur: & subiungat, Quoniam pater tam negligens, ac dissolutus est.

### ORATIO

**V**ERVM buc longius, quam uoluntas fuit, ab epistola Timarchidis digressa est oratio mea: qua recitata, conclusurum me esse crimen decumarum dixeram: ex quo intellexisti, innumerabilem frumenti numerum per triennium auersum a rep. esse, abreptumq. aratoribus. sequitur, ut de frumento empto uos, iudices, doceam, maximo, atque impudentissimo furto: de quo dum certa, & panca, & magna dicam breuiter, at tendite. Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex S.C. & ex lege Terentia, & Cassia frumentaria. e-

mundi duo genera fuerunt, unum certarum decumarum, alterum, quod praetererat ciuitatibus aequaliter esset distributum; illius decumani tatum, quatuor ex primis decumis suis est; huius imperati tritici mod. DCC millia: pretium autem constitutum decumano in modios singulos H-S terni, imperato H-S IIII. ita in frumentis imperati H-S II. & tricies in annos singulos Verri decernebatur, quod aratoribus solueret; in alteras decumas ferme ad non agies. sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Siciliensem prope ceteris & uicies erogatum

erogatum est. Hanc pecuniam tantam, datam tibi ex aerario in opere, atque ex hausto, datam ad frumentum, hoc est ad necessitatem salutis, & uitae, datam ut Siculis aratoribus, quibus tanta onera responsum imponebat, solueretur, abs te se laceratam esse diu, ut possim illud probare, si uelim, omnem te hanc pecuniam domum tuam auertisse. etenim si hanc rem totam administra-

sti, ut hoc, quod dico, probari ac quissimo iudici possit. sed ego habebo rationem auctoritatis meae: meminero, quoniam, quo consilio ad causam publicam accesserim: non agam tecum accusatore: nihil singam: nihil cuiquam probari uelim me dicente, quod non ante mihi met ipsi probatum sit.

## EXPLANATIO

**C**RIMEN decumarum: quid si, Decumanum: ut supra. **C**ERTARVM: quot primae fuissent. **D**ISTRIBUTVM: imperatum. **D**VODETRICIES: si tota modiorum summa est, DCCC millia; singuli autem modij quaternis seftertijs aestimantur: subducta ratione patet, legendum, Bis & tricies, idest, scutatorum XCVI millia. **F**ERME: quia certus decumarum numerus numquam erat. **N**ONAGIES: scutatorum CCLXX millia. **B**INIS centesimis: menstruis. quae sunt pro centenis XXIV in anno. **E**X AERARIO in opere, atque angusto, scripsi olim, quod hic non grauabor iterare, tria Romae aeraria fuisse, unum, quo uectigalia, tributa, & ex assiduis bellis collecta praeda conferebatur, & ex eodem, quidquid ad sumptus bellicos, alias res temporum ratio postularet, depromebatur. ex haustum ante ciuile bellum Caesarianum, non hic modo Cicero significat, & infra, cum ait: Si potest ista pecunia sine aratorum iniuria detrahi, populus Romanus habeat, praesertim in tantis aerarij angustijs: sed etiam in Orat. de Prou. Quibus quidem uos, inquit, in his angustijs aerarij tamen subueniatis necesse est. itaque miro! Lucanum existimasse, apertum non esse ante Caesaris dominationem. inquit, conditus imo Tunc

„ Eruitur templo, multis intactus abannis,

„ Romani censu populi, quem Punica bella,

„ Quem dederat Perse, quem uicti praeda Philippi. &c.

Nam, ut omittam Ciceronem, qui angustias huius aerarij saepe nominat: si gaza Macedonica, a Paullo in aerarium inuecta, populum Romanum diuturni tributi penione liberavit, quod idem Cicero lib. 2. Off. tradidit: necesse uidetur, ex ea praeda tantum sumi, & in sumptus erogari solitum esse quantum antea populus Romanus tributi nomine pendere consuecerat. alioqui non tria, sed quattuor aeraria fuissent. Alterum erat aerarium ex aure uicemisimo, de manumissorum uicesima lege Manlia collecto: quod aperiri nisi extremis casibus non licet: ideo sanctius appellabatur, auctore Cicero lib. vii ad Att. & Caetare lib. 1. bel. cl. Tertium erat ex praeda Gallica: ex quo, nisi Gallici belli metus urgeret, promi nihil poterat. Caesar tamen uictor omnem ex eo pecuniam, quasi temp. ipse Gallici belli metu liberasset, ad se transtulit: ut apud Appianum scriptum est.

## ORATIO

In hac pecunia publica, iudices, haec insunt tria genera furorum. primum, eam, cum posita esset apud eas societas, unde erat attributa, binis centesimis feneratus est: deinde, permultis ciuitatibus prouimento nihil soluit omnino: postremo, si cui ciuitati soluit, tantum detraxit, quantum commodum fuit, nulli, quod debitum est, reddidit. ac primum, hoc exte quero. tu, cui publicani e Carpinati litteris gratias egerunt, pecunia publica ex aerario erogata, ex uectigalibus populi R. ad emendum frumentum attributa, fuerit ne tibi quaeftur? pensarit ne tibi binas centesimas credo te negaturum: turpis enim est, & periculosa confessio. mibi autem hoc perarduum est demonstrare: quibus enim testibus publicani tractati bonifice sunt: tacebunt. litterae eorum decreto decumarorum remotae sunt. quo me igitur uertam? rem tam improbam, crimen tantae audaciae, & tantaq; impudentiae, propter inopiam testium, ac litterarum praetermittam? non faciam, iudices: utar teste: quo? P. Vettio Chilone, homine equestris ordinis honestissimo, atq; ornatusimo: qui isti ita amicus & necessarius est, ut etiam si uir bonus non esset, tamen, quod contra istum diceret, graue uideretur; ita uir bonus est, ut, etiam

si inimicissimus isti esset, tamen eius testimonio credi oporteret. admiratur, & exspectat, quidnam Vettius dicturus sit. nihil dicet ex tempore, nihil ex sua uoluntate, nihil, ut ei utrumvis licuisse uideatur. misit in Siciliam litteras ad Carpinatum, cum esset magister scripturae, & eius societatis publicanorum: quas ego Syracusis apud Carpinatum in litterarum allatarum libris, Romae in litterarum missarum apud magistrum Tullium, familiarem tuum, inueni: quibus ex litteris impudentiam fenerationis, quaeso, cognoscite. LITTERAE MISSAE. L. VETTII. L. SERVILII. CANTISTATIS. MAGISTRORVM. Praesto se tibi ait futurum Vettius, & obseruatrum quemadmodum rationes ad aerarium referas: ut, si hanc ex fenore populo pecuniam non retuleris, reddas societati. possumus hoc teste, possumus P. Servili, & C. Antistitis, magistrorum, primorum hominum, atque honestissimum, possumus auctoritate societatis, cuius litteris utimur, quod dicimus, obtinere, an aliqua firmiora, aut grauiora quaeftenda sunt? Vettius tuus familiarissimus, Vettius tuus affinis, cuius sororem habes in matrimonio, tuae frater uxor Vettius, frater tui quaeftoris, impudentissimum tuum furum, certissimumq; pecu-

peculatum: nam quo alio nomine pecuniae publicae feneratio est appellanda? Recipia reliqua, Scribam tuum dicit, Verres, huius per scriptorem, fenerationis fuisse. ei quoque magistri minantur in litteris, etiamen causa scribae tuam duo magistri fuerunt cum Vettio. binas centesimas ab se ablatas, ferundum non putant: & recte non putant: quis enim hoc fecit umquam, quis denique conatus est facere, aut posse fieri cogitauit, ut, cum senatus publicanos usuva saepe iuisset, magistratus a publicanis pecuniam pro usuris auderet auferre? certe huic homini spes nulla salutis esset, si publicani, hoc est si equites R. iudicarent: minor esse nunc, indices, iobis discretantibus debet, & tanto minor, quanto est honestius alienis iniurias, quam res sua, comoueri. Quid ad haec respondere cogitas? utrum, factum negabis, an tibi

hoc licitum esse defendes? negare qui potes? an ut ten ta auctoritate litterarum, tot testibus publicanis conuicare? licuisse uero qui? si mehercule te tuam pecuniam, non populi R. in prouincia feneratum docerem, tamen effugere non posse: sed publicam, sed obfrumentum decretam, sed a publicanis fenore accepto, hoc licuisse cuiquam probabis? quo non modo ceteri, sed ipse nihil audacius, improbusq. fecisti. Non mehercule hoc, quod omnibus singulare uidetur, de quo mibi deiheps dicendum est, possum, iudices, dicere audacius esse, aut impudentius, quod permultis ciuitatis pre frumento nihil soluit omnino: maior haec prae fortasse est, sed illa impudentia certe non minor. Et, quoniam de illa feneratione satis dictum est, nū de hac tota pecunia auras, quae eo cognoscite.

## EXPLANATIO

**C**OMMODVM fuit, & libuit, ut lib. I. De capite, quantum commodi fuerit, frumenti decumanus detraherit. TV, cvi & quaero uerbum, unde, Tu, regatur, P. VETTI O & reposui, L. cum & paullo post sequatur, L. Vettij; & P. praenomen frattis eius fuerit, qui Verris quaestor fuit, & lib. v. nominatur. QVI ISTI ita amicus, & necessarius est, & Necessarius, ob affinitatem: quia sororem eius in matrimonio Verres habebat. Sed hic est luculenta figura, pro teste contra reum: ut Vettij testimonio neutram ob causam, aut quod amicus necessariusq. sit Verris, aut quod eiusdem inimicus, fides abrogetur. facit enim probitas Vettij; ut ei, quaecumque in eum dicantur, neque ficta, neque ab inimico dicta uideantur. Eandem uenustatem habet, & in simili genere uersatur, id, quod in Quintiana scriptu est de Roscio Comoedo: Cum artifex eiusmodi sit, ut solus dignus uideatur esse, qui in scena spectetur: tum uit eiusmodi est, ut solus dignus uideatur, qui eo non accedat. Et pro Caccina de Gallo iurisconsulto: Qui ita iustus, & bonus vir est, ut natura, non disciplina, consultus esse uideatur; ita peritus, ac prudens, ut ex iure ciuili non scientia solum quaedam, uerum etiam bonitas nata esse uideatur. G R A V E uide retur; & magni ponderis: quia non habuisset rationem amicitiae. E I V S testimonio credi oportet. & propter bonitatem. MAGISTER scripture, & Vertius, non Carpinatus. ET SEX & alii ex antiquo libro, Et societatis. quod probo. TVI quaestoris, & lib. v. nominatur. Sex autem quaestores triennio in Sicilia Verres, habuit, binis in singulos annos mutatis. APPENDA? & deest. Suo testimonio patefacit: aut aliquid simile. SCRIBAE & societatis. ABS, & ab societate, cui operam nauabant. VSURA saepe iuisset, & cum eis intendam pecuniam sine fenore relinquere. uel dic, VSURA minima: cum Verres binas centesimas uoluerit. PRO USURIS & usurarum nomine. Dixit autem numero multitudinis, quia Verres unus centesimus, quae grauissima erat omnium usurarum, contentus non fuerat, sed binas exegera.

## ORATIO

**S**I CILIAE ciuitates multae sunt, iudices, ornatae, satque honestae: ex quibus in primis numeranda est ciuitas Halesina. nullam enim reperiens aut officijs fideliorem, aut copijs locupletior em, aut auctoritate gravitatem. huic iste in annos singulos cum sexaginta trici ci millia modium imperauisset, pro tritico nummos abstulit, quanti erat in Sicilia triticum. quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes. oblitus, iudices, cum hoc mihi primum Haleseae demonstrauit, in senatu Halestinorum, homo summo ingenio, summa prudenteria, summa auctoritate praeditus Haleinus Aenias: cui senatus dederat publice cauham, ut mihi, fratriq. meo gratias ageret, et simul qui nos ea, quae ad iudicium pertinuerent, doceret. demonstrat hanc istius confuetudinem, ac rationem fuisse; cum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta, solitum esse istum pecuniam cogere a ciuitatibus; frumentum

improbare; quantum frumenti Romā esset mihi sedum, tantum de suo quaestu, ac de sua copia frumenti mutare posco rationes: inspicio litteras: video, frumentum granum Halesinos, quibus LX millia modium imperauit, nullum dedisse; pecuniam Volcatio, Timarchidi scribae dedisse. reperio genus huiscemodi, iudices, praedae, ut practor, qui frumentum emere debebat, non emat, sed uendat; pecunias, quas ciuitatibus distribuere debebat, eas omnes auertat, atque auferat, non mihi iam furtum, sed monstrum, ac proagium uidebatur, ciuitatum frumentum improbare, peritum ei frumento constituere; quod constituisset, id ciuitatibus auferre; quod a populo R. accepisset, tenere. quod uelitis esse in uno furto peccatorum gradus? ut, si singulis insistere uelim, progredi ipse non possem. Improbas frumentum Siculum: quid? ipse quod mittis? pecularem habes aliquam Siciliam, quae tibi ex alio genere

frumentum

frumentum suppediare possit? Cum senatus decernit, ut ematur in Sicilia frumentum, aut populus iubet; hoc, ut opinor, intelligit, ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere. tu, cum ciuitatum Siciliae uulgo omne frumentum improbas, num ex Aegypto, aut ex Syria frumentum Romanum mittis? improbas Halestinum, Cephaleditanum, Thermitanum, Amestratinum, Tindaritanum, Herbitense, multarum praeterre aciuitatum quid accidit tandem, ut horum populorum agri frumentum eiusmodi praetore ferrent, quod non quam antea, ut neque tibi, neque populo R. posset probari, praeferim cum ex ijsdem agris, eiusdemq. anni frumentum ex decumis Romanam mancipes aduixisset? quid acciderat, ut ex eodem horreo decumanum probaretur. emptum non probaretur? dubium ne est, quin ista omnis improbatio cogendas pecuniae causa nata sit? esto: improbas Halestinum: habes ab alio populo, quod probes: eme illud, quod placet: missos fac eos. quorum frumentum improbasti. Sed ab ijs, quos repudiabis, exigis tantum pecuniae quantum ad eum numerum frumenti sat, si quem ciuitati imperas. dubium est, quid eritis? in medimna singula video ex litteris publicis tibi Halestinis H-S quinos denos dedisse. ostendam ex tabulis locupletissimorum aratorum, eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentum uendidisse. quae ergo ijs a ratio, aut quae potius amentia, frumentum improbare id, quod ex eo loco sit, ex quo senatus, & populus R. emi uoluerit? ex eo aceruo, ex quo partem tu idem decumarum nomine probaris? deinde a ciuitatibus pecunias ad emendum frumentum co gere, cum ex aerario acceperis? utrum te lex Terentia Siculorum pecunia frumentum emere a Siculis, an populi R. pecunia frumentum ab Siculis emere iussi? ja uero ab isto omnem illam ex aerario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrificatam videbitis. Accipis H-S XV pro medimno. tanti enim est illo tempore medimnum. retines H-S X V I I I . tati cum est frumentum Siciliense ex lege aestimatum. quid interesi, utrum hoc feceris, an frumentum non improbaris, sed, frumento probato, & accepto, pecuniam publicam tenueris omnem, neque quid quam ulli disbol

neris ciuitati? cum aestimatio legis eiusmodi sit, ut certis temporibus tolerabilis Siculis, te praetore etiam gratia esse debuerit. est enim modius lege H-S IIII aestimatus: fuit autem te praetore, ut tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris, H-S II. sed fuerit H-S IIII: quoniam tu tantum a ciuitatibus in modios singulos ex egisti. cum, si solueres Sicilis tantum, quantum te populus R. iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset, tu non modo eos accipere, quod oportebat, nolueris, sed etiam dare, quod non debebant, coegisti. atque haec ita gesta esse, iudices, cognoscite ex litteris publicis ciuitatum, & ex testimonij publicis; in quibus nihil sicut nihil ad tempus accommodatum intelligeris. omnia, quae dicimus rationibus populorum, non interpolatis, neque perturbatis, neque repentinis, sed certis, institutis, ordine relat a, atque confecta sunt. Recita rationes Halestinorum. Cui pecuniam datam dicit? dic, dic etiam clariss. VOLCATIO. TIMARCHIDI. MAE VI. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensio nem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse uersatos mancipes frumentum improbase, mancipes pretio cum ciuitatibus decidisse, & eodem ab te illarum ciuitatum nomine pecuniam abstulisse, deinde ipsos sibi frumentum coemisse, nihil haec ad te pertinere. mala mebercule, ac misera defensio, praetorem hoc dicere: ego frumentum neque attigi, neque adspexi, mancibibus potestate m probandi, improbandiq. permisi: mancipes a ciuitatibus pecunias extorserunt; ego autem, quam pecuniam populis dare debui mancibibus dedi: mala est haec quidem, ut dixi, defensio criminis; sed tam haec ipsa tibi, si uti cupias, non licet. uerat te Volcatius, tuae, tuorumq. deliciae, mentionem mancipis facere. Timarchides autem, columen familiae uestra, premit fauces defensionis tuae: cui simul, & Volcatio pecunia a ciuitate numerata est. iam uero scriba tuus anulo aureo suo, quem ex his rebus inuenit, iste te ratione uti non sineat. quid igitur est reliquum? nisi ut ifa teare, te Romanum frumentum emptum Siculorum pecunia misse, publicam pecuniam domum tuam conuertisse.

## EXPLANATIO

**N**VMMOS abstulit, & ab Halestinis. ANNO singulos & malim, Annis singulis. QVNTI erat & quantis aestimabatur. CAVSAM, & curam, negotium. FRATRIQ. meo & patrueli, L. Tullio. GRATIAS ageret, & quod in Siciliam ad colligenda Verris crimina profecti essemus. DECVMARVM nomine. & de quo frumento, quantum de imperato debebat, Romanum misit: imperati pretium apud se retinuit. POSCO rationes: & publicas Halestinorum. LITTERAS: & id, quod scriptum erat in rationibus. Sic enim hic, Litteras, interpretor, ut paulo post, Ex litteris publicis. PROGREDI iste non posset, & commouere se non posset teneretur. PECULAREM & tuam propriam: ut supra, Peculare edictum. MANCIPES & publicani, qui publica suo quaestu, suoq. pericolo emunt. LEX Terentia, & Cassia, quae nominatur lib. I. EX LITTERIS publicis ciuitatum, & rationibus populorum. quod infra dicit. NON interpositis, neque perturbatis, & ut interpositae sunt, & perturbatae rationes Verris: quod fraudis iudicium erat. COLVMEN familie uestrae, & Terentij in Phorm. PREMIT fauces & ut loqui prote non possit. ANVLO aureo suo, & quo utebatur ad obsignandas tabulas: ut mutare iam Verri, & ex mancibibus defensionem atripere non liceret. de hoc anulo lib. I. in extremo. QVEM ex his rebus inuenit & quo tu eum in concione donasti propter huiusmodi flagitia. De hoc anulo infra pluribus verbis.

## O R A T I O

**O**CONS VET V D o peccandi, quantam habes iudicatatem in improbris, & audacibus, cum poena abfuit, & licentia onfexuta est. ife in hoc gener peculatus non nunc primum inuenitur, sed nūc denum tenetur, uidimus huic ab aerario pecuniam numerari quaeſtori ad ſumprum exercitus consularis: uidimus paucis post mensibus & exercitum, & conſulem ſpoliatum. illa omnis pecunia latuit in illa caligine, ac tenebris, quae totam remptum occupauerat. iterum gefit heredariam quaeſtoram cum Dolabellā: magnam, pecuniam auerit: sed eius rationem cum damnatione Dolabellae permifciuit. commissa est pecunia iāta praetori: non reperierit hominem timide, nec leuiter haec improbifima lucra ligurientem: deuorare omnē pecuniam publicam non dubitauit, ita serpit illud iñſit in natura malum conſuetudine peccandi libera, finem ut audaciae ſtatuerit ipſe ſibi non poſſit. tenetur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manefis tenetur. atque in eam fraudem mibi uidetur diuinitus incidiſe, non ſolum ut eas poenas, quas proxime meruiffet, ſolueret, ſed ut illa etiam ſcelera eius in Carbonem, & in Dolabellam uindicarentur. etenim noua quoque alia res exſtitit, iudices, in hoc crimine, quae tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis: nam, ut illud miſum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hac 11 x millia modium, quod emptum populo R. darent, non habuiffe, ſed atuo procuratore, hoc eft ab Apronio, emiſſe; ex quo intelligi poſteſt, nihil te aratoribus reliqui feciſſe: ut hoc praeteream quod in multis eſt testimonij expoſitum; poſteſt illo quidquam eſſe certius, in tua poſteſtate, atque in tuis horreis omne frumentum Siciliae per triēnum, atque omnes fructus agri decumani fuiſe: cum enim a ciuitatibus pro frumento pecuniam exigebas, un de erat frumentum, quod Romam mitteres, ſi tu id non omnē clauſum, & compreſum poſſidebas? itaque in eo frumento primus tibi ille quaeftuſ fuit ipsius frumenti, quod erat eruptum ab aratoribus: alter, quod id fru-

mentum improbifime partum, non ſemel, ſed bis, neque uno, ſed duobus pretijs unum & idem frumentum uendidiſti, ſemel ciuitatibus H-S xv in mediuſum, item populo R. aquo H-S xviii in mediuſum pro eodem illo frumento abſtulisti. At enim frumentum Centuripinorum, & Agragantinorum, & non nullorum forteſſe praeterea probasti, & hi populis pecuniam diſſoluisti. Sint aliquae ciuitates in eo numero, quarū frumentum improbare uolueris: quid tandem? hi ciuitibus omniſ ne pecunia, quae pro frumento debita eſt, diſſoluta eſt? unum mihi reperi non populum, ſed aratorem: uide, quaere, circumſpice, ſi quis forte eſt ex ea prouincia, in qua tu triennium praefuisti, qui te nolit perire: unum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui uel ad ſtatuum pecuniam cotulerunt, qui ſibi dicat pro frumento omne eſſe, quod oportuerit, ſolū, confirmo, iudices, neminem eſſe dicturum. ex omni pecunia, quam aratoribus ſoluere debuisti, ceris nominibus deductiones fieri ſolebant, prium pro ſpectatione, & collybo, deinde pro nescio quo cerario. haec omnia, iudices, non rerum certarum, ſed furorum improbifimorum ſunt uocabula: nam collybus eſſe qui poſteſt, cum utamur omnes uno genere nummorum & cerarium uero quid no- cas? quo modo hoc nomen ad rationes magistratus, quo modo ad pecuniam publicam allatum eſt? Nam illud genus tertium, deductionis, erat eiusmodi, quaſi non modo liceret, ſed etiam oportere, nec ſolum oportere, ſed plane neceſſe eſſet. ſcribae nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ de trahebantur. quis tibi hoc co- cefit, quae lex, quae ſenatus auctoritas, quae porro aequitas, ut tantam pecuniam ſcriba tuus auferret ſine de aratorum bonis, ſine de populi R. uel galibus? nam ſi poſteſt iſta pecunia ſine aratorum iniuria detrahi: populus R. habeat, praefertim in tantis aerarij angustijs. ſin autem & populus id uoluit, & aequum ita eſt, ſolū aratoribus: tuus apparitor parua mercede populi con- ductus, de aratorum bonis praedabitur?

## E X P L A N A T I O

**T**E NETVR. & arguitur, & conuincitur. QVAESTORI & Cn. Carbonis consulis. lib. 1. CONS VLEM & ipsum Carbonem. INILLA caligine ac tenebris, & bellum ciuile Marianum ſignificat, quod, poſt obitum Marij, & Cinna, & Carbo, eiusdem factionis duces, perſecuti ſunt. Apte, Latuit in caligine, ac tenebris. OCCUPAVERAT, & non refeſo ad tenebras (nam legendum eſſet Occupauerat) ſed ad cali- ginem, propter pronomen, illa, quod ad ſe uerbum attrahere uidetur. HEREDITARIAM quaeſtu- ram & Malleolo quaeftoſore mortuo. Hereditariam uocat, quod eam ut hereditatem quandam accepit, in qua lucri plurimum faceret. Lib. 1. C. Malleolo, quaeftoſore Cn. Dolabellae, occiſo, duas ſibi heredi- tates uenire arbitratus eſt, unam quaeftoriae procurationis, alteram tutelae. PERMISCVIT. & itaque furta Verriſ Dolabellae ſunt aestimata. PECVNIA & de publico, ad emendum frumentum. PRAETO- R 1: & Siciliae. LIGVRIENTEM: & carpendo comedentem. PRO ſpectatione, & collybo, & ſpectatio eſt, cum ſpectatur periti, & probatur pecunia: collybus, cum in aliud monetae genus permutatur. NESCIO quo cerario & quod in ceram erogatum eſſet, ceram autem forteſſe tabularum, in quas relata pecunia eſſet illa. ſtylo enim ſcribebatur in ceratis tabulis. GENVS tertium deductionis, & pecunia ſcribae data pro labore, operaq. ſua. TVVS apparitor, & ſcribae igitur appetitores.

ORATIO

## O R A T I O

**E**t in hac cassa scribarum ordinem in me concitabit Hortensius? & eorum commoda a me labefactari, atque oppugnari iniuria dicet? quasi uero hoc scriberis ullo exemplo sit, aut illo iure cōcessum. quid ego uetera repeat? aut quid eorum scribarum nitionem faciam, quos constat sanctissimos homines, atque innocentissimos fuisse? non me fugit, iudices, uetera exempla pro factis fabulis iam audiri, atque haberet. in his temporibus uersabor misericordia, ac perditis. nuper, Hortensius, quaestor fuiisti. quid tui scribae fecerint, tu potes dicere. ego de meis hoc dico: cum in eadem ista Sicilia pro frumento ciuitatis pecuniam soluerem, mecum duos frugillissimos homines scribas habereim, L. Mamilium, & L. Sergium, non modo istas duas quinquaginta gesmas, sed omnino nummum nullum cuiquam esse de ductum: dicerem, hoc mibi totum esse attribuendum, iudices, si illi umquam a me hoc postulasset, si umquam omnino cogitasset. quamobrem enim scriba deducat, ac non potius mulio qui aduixerit? tabellarius, cuius aduentu certiores facti petierunt? praeco, qui adesse iussit? uiator, ac Venerius, qui fiscum sustulit? quae pars operae, aut opportunitatis inscriba est, cur ei non modo merces tanta detur, sed cur cum eo tantae pecuniae partitio fiat? ordo est honestus: quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? est uero honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae, periculaq. magistratum committuntur itaque ex ijs scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familias, uiris bonis, atque honestis, percunctamini, quid sibi istae quinquaginta uelint: iam omnes intelligent, nouam rem totam, atque indignam uideri. ad eos me scribas reuoca, si placet: noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis, ac sceniorum corollaris, cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem ciuitatis se uenisse dicunt. eos scribas tecum disceptatores huius criminis habebo, qui istos scribas esse moleste ferunt. tametsi, cum in eo ordine uideamus esse multos non idoneos, qui ordo industriae proposuit est, & indignati: mirabimur turpes aliquot in eo esse, quo cuius lucet pretio peruenire? Tu ex pecunia publica H-S tredecies scribam tuū permisisti tuo cū abstulisti fateare, reliquam tibi ullam defensionem putas esse? hoc ferre quemquam posse, hoc quemquam de nique nunc tuorum aduocatorum animo aequo audire arbitrare? qua in ciuitate C. Caroni, clarissimo uiro, consul uir homini, H-S xviii milibus lis aestimata sit, in eadē ciuitate apparitor tuo esse concessum, ut H-S uno

nomine tredecies auferret? hinc ille est anulus aureus, quo tu istum in concione donasti. quae tua donatio, singulari impudentia praedita, noua Siculis omnibus, mibi uero incredibilis uidebatur. saepe enim nostri imperatores, superatis hostibus, optime regesta, scribas suos anulis aureis in concione donarunt: tu uero, quibus rebus gestis, quo hoste superato, concionem, donandi causa, aduocare ausus es? neque enim solum scribam tuum anulo, sed etiam uirum fortissimum, ac tui disimilimum. Q. Rubrium, excellenti uirtute, auctoritate, copiis, corona, & pectoris, & torque donasti; M. Costratum, sanctissimum uirum, atque honestissimum; M. Castritum, summo splendore, ingenuo, gratia praeditum. quid haec sibi horum trium ciuitatum donauoluerunt? Siculos praeterea potentissimos nobilissimosq. donasti. qui non, quemadmodum sperasti, tardiores fuerunt. sed ornatores tuo indicio ad testimonia diuina uenerunt. quibus ex hostium spolijs, de qua uictoria, qua ex praeda, aut manubijs haec abste donatio constituta est? an quod te praetore, paucorum aduentu myoparonum, classis pulcherrima. Siciliae propugnaculum, praesidiumq. prouinciae, piratarum manibus incensa est? an quod ager Syracusanus praedonum incendijs, te praetore, uastatus est? an quod forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit? an quod in portu Syracusano piraticus myoparo nauigauit? nihil possum reperire, quamobrem te in istam amentiam icidiisse arbitrer. nisi forte id egisti, ut hominibus ne obliuisci quidem rerum tuarum male gestarum liceret. Anulo est aureo scribi donatus: & ad eam donationem cōcio est aduocata. quod erat os tuū, cum uidebas in concione eos homines, quorū ex bonis iste anulus aureus donabatur, qui ipsi anulos aureos posuerant, liberisq. suis detraherāt, ut eiset unde scriba tuus hoc tuum munus, ac bene fiscum tueretur? quae porro praefatio tue donationis fuit? illa scilicet uetus, atque imperatoria? quandoquidem tu in proelio, in bello, in re militari: cuius ne mentio quidem te praetore illa facta est. an illa? quandoquidem tu nullū umquam mibi in cupiditate, ac turpitudine defuisti, omnibusq. in iisdem flagitijs tecum & in legatione, & in practura, & hic in Sicilia uersatus es; ob hasce res, quoniam te locupletauit hoc anulo aureo dono. uera haec fuisset oratio: non enim iste anulus aureus, abs te datus, istum uirum fortem, sed hominem locupletem esse declarat. ita eundem anulum ab alio datum, testem uirtutis duceremus; abs te donatum, comitem pecuniae iudicamus.

## E X P L A N A T I O

**C**ONDICTVS, & ut operam tibi nataret in rationibus publicis. CERTIOR ES facti & aratores. PETIVERUNT & pecuniam. FISCV M & in quo pecunia erat. act. i. Fiscos complures cum pecunia Siciliensi a quodam senatore ad equitem Romanum esse translatas. NEPOTVM & qui bona temere dissipant. SCENICORVM & spectaculium scenicos ludos. COROLLARIIS & munieribus. CVM decuriam emerunt, & decuriam scribarum. EX PRIMO ordine explosorum & histrioines, cum eorum actio, aut pronunciatio non probatur, exhibilantur, & exploduntur. in ijs uidetur fuisse scriba Verris, ante quam decuriam emeret. Primus ordo explosorum deterrimos significat histrioines. in quo festue Cicero, cum videatur laudare, dicens, Primus ordo, uituperat, subiungens, Explosorum IN SECUNDUM ordinem E E 2 ciuitatis &

civitatis est equestrem . nam primus erat senatorius . VENISSE est nou , quod iam uenissent , sed quod uenisse sibi uiderentur , quandoquidem decuriam emissent , unde in equestrem ordinem adscendi soleret . DICO VNT . est gloriatur . TECVM disceptatores est qui de hoc tecum crimine , id est de binis quinquefamilis , tecum disceptabunt , negantes eas a bonis scribis postulari , ac ne cogitari quidem solitas . ISTOS est qui , nummulis corrogatis de nepotum donis , ac de sceniorum corollarijs , decurias emunt : quod fecit scriba tuus . SCRIBAS esse molestae ferunt . est ut indignos ordine secundo ciuitatis . IN EO ordine est senatorio . QVO cuius licet pretio peruenire est est licet enim cuius empta aliqua decuria , in scribarum ordinem peruenire . HS TREDECIES est insignis menda : quod facile probabo . Loquitur hic Cicero de tribu decumano empto , non de imperato , quod ipsum quoque emebatur , & decumanum quidem ternis HS in singulos modios , imperatum quaternis . loqui autem eum de decumano , inde coniicio , quod paullo ante dixit : Ex omni pecunia , quam aratoribus soluere debuisti , certis nominibus deductiones fiebant . uideamus igitur , binae quinquagesimae decumani frumenti , scribae nomine deducat , quo numero sint . Imperati tritici CCC millia modium , decumani ferme ad nonages , Cicero supra dixit . de nonages igitur centenis millibus modium , si binae quinquagesimae , id est , quattuor centesimae deducantur : erunt omnino quinquagesimae , CCCLX millia . pretio autem in singulos modios constituto leſterijs ternis , erunt HS decies LXXX millia , id est , scutarorum XXXII millia CD . Quae si a nobis recte subducta ratio est ; legendum & hic , & infra constat , HS decies LXXX millia . C. CATONI , qui Siciliae praefuit , & , cum HS tantum XVIII millia , id est scutaros DX contra leges cepisset , de repetundis damnatus est . Nepos fuit M. Catonis Censorij , & L. Aemiliij Paulli , Africani minoris sororis filius . lib . IV . QVID HAEC sibi est ideo eos donasti , ne testimonium contra te dicent . VTESET , unde scribatuus est ut equestris ordinis esse posset . census enim equestris erat , HS CD millia , id est , scutarorum XIII millia . unde Horatius : Si quadringentis sex septem millia defint , Plebs eris . Eocensu qui carebat , anuli aurei gestandi ius non habebat . ita nec eques Romanus esse poterat . propterea dixit Plinius : Anuli aurei distinxere equitem a plebe . Et Verres , ante quam eo anulo scribam donaret , eum locupletauit : ut equestris censu esset . Dicit igitur Cicero : Qui ipsi anulos aureos posuerant , liberisq . suis detraxerant , ut esset unde scriba tuus hoc tuum munus , ac beneficium tueretur ? Et infra : Ob hasce res , quoniam te locupletauit , hoc anulo aureo dono . TVERETVR ? est anuli enim aurei , & equestris ordinis , censu equestris imminuto , ius amitteret . in ep . ad Dolabellam : Res familiaris alteri eorum valde exigua est , alteri uix equestris . Docere uidetur hic locus , qui anulo aureo donaretur , adeptum esse locum inter equites Romanos licet a censoribus nondum lectus esset . QVONIAM telo cuplauerit . est ut anulo aureo uti possit . ISTVM uirum , est scribam tuum non ostendit esse uirum , cuius tibi in proelio , in bello , in re militari cognita virtus , perspectaque sit , sed hominem locupletem esse declarat , & equestris esse censu , ut anulum ipse ferre possit . VIRTVTIS est in bello perspectae . COMITEM pecuniae est cum enim iam eum locupletalis , anulum postea donasti , ut eques Romanus , equestris censu iam a te instructus , esse posset .

## ORATIO

DICTVM , indices est de decumano frumento : dictum de empto : extreum & reliquum est de aestimato . quod tum magnitudine pecuniae , tu iniuriae genere quemuis debet commouere ; & uero eo magis , quod ad hoc crimen non ingeniosa aliqua defensio , sed improbissima confessio comparatur . nam cum ex S. C. & ex legibus frumentum ei in cellam sumere licet ; idq . frumentum senatus ita aestimasset , ternis HS tritici modium , binis ordei : iste , numero ad summam tritici adiecto , tritici modios singulos cum aratoribus denarijs ternis ac estimauit . non est in hoc crimen , Hortensi , ne fortu ad hoc meditere , multos saepe viros bonos , & fortes , & innocentes cum aratoribus , & cum ciuitatisibus frumentum , in cellam quod sumi oportet , ac estimasse , & pecuniam pro frumento abstulisse . scio , quid soleat fieri : scio , quid licet . nibil , quod antea fuerat in consuetudine honorum , nunc in istius factu reprehenditur : hoc reprehendo , quod , cum in Sicilia HS binis modius esset , ut istius epistola ad te emissa declarat , summum HS ternis , id quod & testimonij omnibus , & tabulis aratorum planum factum antea est ; tu iste pro tritici modiis singulis ternos ab aratoribus denarios exegit . hoc crimen est : ut intelligas non ex aestimatione , neque ex ternis denarijs pendere crimen , sed ex coactione ammonae , atque aestimationis . etenim .

haec aestimatio nata est indices , initio non ex praetorum , aut consulum , sed eis aratorum , atque ciuitatum commodo , nemo enim fuit initio tam impudens , qui , cum frumentum deberetur , pecuniam posceret . certe hoc ab aratore primum est profectum , aut ab auctoritate , cui imperabatur . cum aut frumentum uendidisset , aut seruare uellet , aut in eum locum , quo imperabatur , frumentum portare nollet ; petiuit in beneficij loco , & gratiae , ut sibi pro frumento , quanti frumentum esset dare licet . ex huicmodi principio . atque ex liberalitate , atque accommodatione magistratum , consuetudo aestimationis introducta est . securi sunt auariores magistratus : qui tam in auaritia sua non solum uiam quaestus inuenierunt , uerum etiam exitum , ac rationem defensionis instituerunt . semper ad ultima , ac difficillima loca apportandum frumentum imperare ut , uelut uiae difficultate , ad quam uellent aestimationem peruenirent . in hoc genere facilior est existimatio , quam reprehensio : ideo quod eum , qui hoc facit , auarum possumus existimare , crimen in eo constitueremus tam facile possumus : quod uidetur concedendum magistribus nostris esse , ut iij , quo loco uelint frumentum accipere licet . itaque hoc est , quod multi fortasse fecerunt , & ita multi , ut ij , quos innocentissimos minimus , aut audiuius , non fecerint .

EXPLA-

## EXPLANATIO

**D**ECVMANO frumento  $\frac{3}{4}$  ordinario, non empto. erat enim & decumanum extraordinarium emptum. **E M P T O :**  $\frac{3}{4}$  cuius duo genera, decumanum, & imperatum. supra. Et VERO eomagis,  $\frac{3}{4}$  ita correxi, exemplis adductus Latini sermonis: cum antea legeretur, Te uero. in ep. ad Plancum: Qua quidem uoluntate esse erga Atticum, saepe praelens & illi ostendisti, & uero etiam mihi. Ad Q. Fr. Tibi & fuit hoc semper facillimum, & uero debuit. Ad Att.lib XVI. Qua quidem uoluntate te esse erga Atticum, saepe praelens & illi ostendisti, & uero etiam mihi. Pro Mur. Qui & per se, & per suos, & uero etiam per alienos defendatur. **N V M E R O** ad summam tritici adiecto,  $\frac{3}{4}$  imperato frumenti maiore numero, quam liceret. in quo primum Verris lucrum fuit: alterum in aestimatione, a ternis H-S ad ternos denarios perduta. **N O N** ex aestimatione,  $\frac{3}{4}$  potest enim Verres excusare aestimationem illa difficultate temporis, quod triticum ternis denarijs ualeret. Ex COAVENTIONE annonae, atque aestimationis,  $\frac{3}{4}$  hoc reprehendo, quod & numerum ad summam tritici adieceris, & aestimationem auxeris, ut pro ternis H-S ternos denarios a ciuitatibus exigeres. Coaventionem annonae vocavit id, quod ad ordinariam tritici summam a Verre addebat. ACCOMMODATIONE  $\frac{3}{4}$  codicilis uerbo usus est lib. I. de Inuent. Elocutio est idoneorum uerborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio. Et in ep. ad Memmum: Peto a te, ut ei de habitatione accommodes. **E T I T A** multi,  $\frac{3}{4}$  malim pro sententia, Sed ita multi.

## ORATIO

**Q**VAERO nunc a te Hortensi, cum utris tandem istius factum collaturus es? cum ijs, credo, qui benignitate adducti per beneficium, & gratiam ciuitatis concesserunt, ut nummos pro frumento darent. ita credo, petuisse ab isto aratores, ut, cum H-S ternis tritici modiū uendere non possent, pro singulis modijs ternos denarios dare liceret. an quoniam hoc non audes dicere, illuc configuris uecturae difficultate additos, ternos denarios dare maluisse. cuius uecturae  $\frac{3}{4}$  quo ex loco  $\frac{2}{3}$  in quem locum ne portarent? Philomelone Epesum  $\frac{2}{3}$  video, quid inter annonam interesse soleat: video, quot dierum uia sit: video Philomelenis expedire, quanti Epesum frumentum, tantum dare potius in Phrygia, quam Epesum portare, aut ad emendum frumentum Ephesum pecuniam, & legatos mittere. in Sicilia uero quid eiusmodi? Enna mediterranea est maxime. coge, ut ad aquam tibi, id quod summi iurius est, frumentum Ennenes metiantur, uel Plati, uel Halestam, uel Catinam, loca inter se maxime diuersa: eodem die, quo iusserris, deportabunt. tametsi ne uectura quidem opus est. nam totus quaestus hic, iudices, aestimationis ex annonae natus est uarietate. hoc enim magistratus in provincia aequi potest, ut ibi accipiat, ubi est carissimum. ideo ualeat ista ratio aestimationis in Asia, ualeat in Hispania, ualeat in ijs provincijs, in quibus unum pretium frumento esse non sicut in Sicilia uero quidam cuiusquam intererat, quo loco daret? neque enim portandum erat: &, quo quisque uehere iussus esset, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi uendidisset. Quamobrem, si quid, Hortensi, docere uis, aliquid ab isto simile aestimatione, atque a ceteris, esse factum; doceas oportet, aliquo in loco Sicilie, praetore Verre, ternis denarijs tritici modiū fuisse. uide, quam tibi defensionem patefecerim, quam iniquam in socios, quam remotam ab utilitate reip. quam sciunt tam a uoluntate, atque sententialegis, tu, cum tibi ego frumentum in meis agris, atque in mea ciuitate, denique cum in ijs locis, in quibus es, versaris, rem geris, prouinciam administras, paratus

sim dare; angulum mibi aliquem eligas prouinciae redditum, ac derelictum? iubeas ibi me metiri, quod portare non expedit? ubi emere non possum? improbum facinus, indices, non ferendum, nemini lege concessum; sed fortasse ad buc in nullo etiam uiadatum. tamen ego hoc, quod ferri nego posse, Verri, indices, concedo, & largior. si uillo in loco eius prouinciae frumentum tanti fuit, quanti iste aestimauit: hoc crimen in istum reum ualere oportere non arbitror. uerum enim uero, cum esset H-S binis, aut etiam ternis quibusvis in locis prouinciae, duodenos septuaginta exegisti. si mibi tecum neque de annonae, neque de aestimatione tua potest esse controversia, quid sedes? quid expectas? quid defendes? utrum tibi pecuniae conciliatae uidentur aduersum leges, aduersum rem p. cum maxima sordiorum iniuria; in uero id recte, ordine, et rep. sine cuiusquam iniuria factum esse defedes? cum tibi senatus ex aerario pecuniam prompsisset, & singulos tibi denarios adnumerasset, quos tu pro singulis modijs aratoribus solueres; quid facere debuisti? si, quod L. Piso ille Frugi, qui legem de pecunijs repetundis primus tulit: cum emisses, quanti esset, quod superaret pecuniae, retrullisses. si, ut ambitiosi homines, aut benigni: cum pluris senatus aequaliterasset, quam quanti esset annonae; ex senatus aestimatione, non ex annonae ratione soluis- ses. sin, ut plerique faciunt, in quo etiam erat aliquis quaestus, sed is honestus, atque concessus: frumentum, quoniam uilius erat, ne emisses: sumpsissem: id nummorum, quod tibi senatus cellae nomine concederat. hoc uero quid est? quam habet rationem, non quaero aequitatis, sed ipsius improbitatis, atque impudentiae? neque enim est fere quidquam, quod homines palam face re audeant in magistratu, quamus improbi, quin eius facti si non bonam, at aliam rationem afferre soleat. hoc quid est? uenit praetor: frumentum, inquit, me abs te emere oportet. optime. modium denario: benigne, ac liberaliter: nam ego tribus H-S non possum uenire. mihi frumento non opus est: nummos uolo. nam speraueram, inquit arator, me ad denarios peruenturum:

rum: sed si ita necesse est, quanti frumentum sit, considera. video esse binis H-S: quid ergo a me tibi nummorum dari potest, cum senatus tibi quaternos nummos dederit? quid poscit, attendite: Eos quaeo simul, iudices, aequitatem praetoris attendite. Quaternos H-S, quos mibi senatus decreuit, & ex aerario dedit, ego habeo, & in cistam transferam ex fisco, quid postea? quid pro singulis modis, quos tibi imporo, tu mibi honoris H-S dato, qua ratione? quid quaeris rationem? non tantum rationem res habet, quantam utilitatem, atque praedam, dic, inquit ille, planius, senatus te uoluit mibi nummos dare, me tibi frumentum metiri: tu eos nummos, quos mibi senatus dari uoluit, ipse habebis? a me, cui singulos denarios dari oportuit, binos auferas? & huic praedae, ac direptionis cellae nomen imponis? Haec deerat iniuria, & haec calamitas aratoribus te praetore, qua reliquis fortunis omnibus euerterentur? nam quid esse reliqui poterat ei, qui per hanc iniuriam non modo frumentum omne amittere, sed etiam omnem instrumentum uendere cogeretur? quo enim se uertet, non habebat. ex quo fructu summos, quos tibi daret, inuenire? decumaru[m] nomine tantum erat ablatum, quantum uoluntas tulerat. Apronij: pro alteris decumis, emptoq[ue] frumento aut nibil datum, aut tantum datum, quantum reliqui scriba fecerat, aut ultero etiam, id quod didicisti, ablatum. cogantur etiam numeri ab aratore. quo modo? quo iure? quo exemplo? nam cum fructus diripiebantur aratorum, atque omni lacerabantur iniuria; uidebatur id perdere arator, quod arato ipse quaeſiſſet, in quo elaborsat, quod agri, segeresq[ue] extulissent. quibus iniurijs grauiſſimis tamen ilud erat miserum solatium, quod id perdere uidebatur, quod alio praetore, eodem ex agro reparare posset. nūnos uero ut daret arator, quos non aratro, ac manu quaerit, bones, & aratum ipsum, & omne instrumentum uendat, necesse est. non enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis: habet idem in urbanis praedijs. nam cum aratori onus aliquod imponitur; non hominis, si quae sunt præterea, facultates, sed arationis ipsius uis, ac ratio consideranda est, quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit, ac debeat. quamquam illi quoque sūt homines ab isto omni ratione exinaniti, ac perdit: tamen hoc nobis est statuendum, quid arato sem ipsum arationis nomine muneris in rem p[ro]fungi, ac sustinere uelitis, imponitis decumas; patiuntur: alteras; temporibus ueſtris seruendum putant: dent emptum præterea: dabunt, si uoletis. haec quam sint grauiſſimis, & quid, his rebus detractis, possit ad dominos puri, ac reliqui peruenire, credo uos ex ueſtris rebus ruficis conjectura asſequi posse. addite nunc eodem istius edita, instituta, iniurias: addite Apronij, Veneriorumq[ue] seruorum in agro decumano regna, ac rapinas: quamquam haec omitto: de cella loquor. placet ne uobis in cellam magistratibus nostris frumentum Siculos gratis dare? quid hoc indignius? quid iniuius? at qui hoc scitote aratoribus, hoc praetore, optandum ac pe-

tendum fuſſe. Sostenus est Entellinus, homo cum pl[en]is ciuitatis prudens, & domi nobilis: cuius verba audiſſis; qui ad hoc iudicium legatus publice cum Arie-mone, & Menisco, primarijs uiris, missus est. is cum in senatu Entellino multa mecum de istius iniurijs age-ret, loc dixit, si hoc de cella, atque hac aestimatione, concederetur, uelle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis, ne post hac ratas pecunias magistratibus nostris decerneremus. Perspicere nos certo scio, Siculis quantopere hoc expeditat, non ad aequitatis conditionem, sed ad minima malorum eligenda: nam qui mille modium Verri suae partis in cellam gratis dedisset, duo millia nummum, aut sumnum tria dedisset; idem nunc pro eodem numero frumenti H-S 11x millia dare coactus est. hoc arator assequi per triennium, certo fructu suo non potuit: uendiderit instrumentum, necesse est. quod si hoc munus, & uectigal aratio tolerare, hoc est Sicilia ferre, ac pati potest: populo R. ferat potius, quam nostris magistratibus: magna est pecunia, magnum præclarumq[ue] uectigal; si modo id salua pruincia, si sine iniuria sociorum percipere possit. nibil detraho magistratibus: tantumdem detur in cellam, quantum semper datum est. quod præterea Verres imperat, id, si facere non possunt, recusent; si possunt, populi R. potius hoc sit uectigal, quam præda praetoris. deinde cur in uno genere solo frumenti ista aestimatio constituitur? si est aqua, & ferenda; populo R. Sicilia decumas det, pro singulis tritici modiis ternos denarios; si bi habeat frumentum. data tibi pecunia est, Verres una, qua frumentum tibi emeres in cellam; altera, qua frumentum emeres a ciuitatibus, quod Romanus mittebas. tibi datam pecuniam domi retines: & præterea pecuniam permagnam tuo nomine auferas. fac idem in eo frumento, quod ad populum R. pertinet: exige eadem aestimatione pecuniam a ciuitatibus, & refer, quam accepiſti: tum refertius erit aerarium populi R. quam umquam fuit. at enim istam rem in publico frumento Sicilia non ferret, banc rem in meo frumento tulit. proinde quasi aut aequior sit iste aestimatio in tuo, quam in populi R. commodo: aut ea res, quam ego dico, & ea, quam tu fecisti, inter se genere iniuria, non magnitudine pecuniae differant. uerum istam ipsam cellam ferre nullo modo possunt. ut omnia remittantur; ut omnibus iniurijs, & calamitatibus, quas, te praetore, uile-runt, in posterum libenterunt; istam se cellam, atq[ue] ista aestimationem negant ullo modo ferre posse. Multa Sophocles Agragantinus apud Cn. Pompeium consulē nuper, homo diſertissimus, & omni doctrina, & uirtute ornatus, pro tota Sicilia de aratorum miserijs grauiter, ac copioſe dixisse, ac deplorasse dicitur. ex quibus hoc iſs, qui adeuant, (nam magno conuentu-ctares est) indignissimum uidebatur: qua in re senatus optime, ac benignissime cum aratoribus egisse, large, liberaliterq[ue] aſtimasset, in ea re praedari praetorem, bovis euerti aratores, & id non modo fieri, sed ita fieri, quasi liceat, concessumq[ue] sit.

## EXPLANATIO

**P**HILOMELΟΣ Graeci, φιλομήλος: Latini, Philomelum: & ita in Ciceronis epistolis ubique legitur. VIDEO quid inter annona[m] interesse soleat: οὐδεὸν frumenti pretium non idem esse omnibus in locis. potest enim pluris esse Ephesi, quam Philomeli. IN PHRYGIA οὐδεὶς cuius regionis opidum est Philomelum.

Philomelum. A V T A D emendum frumentum & hoc quoque refertur ad Expedire. I D Q V O D summi iurius est, & nihil potes difficilius imperare, quam ut mediterranei populi frumentum ad aquam portent. Ne YECTRA quidem opus est. & quo enim quisque uehore iussus erit, ibi tantidem frumenti emet, quod magistratui det, quanti domi suaue uendidisset. uerum totus hic quaestus ex eo nascitur, quia varia est annona, idest, quia frumento non ubique pretium unum est. magistratus autem imperat, utibi frumentum accipias, ubi est carissimum. inde nascitur aestimatio, & pro frumento pecunia exigitur: ita uectura non est opus. VALET staro aestimationis & potest quisque uti hac aestimatione: si potest ibi quisque frumentum accipere, ubi carissimum est. IN IQVAM infios & propter id, quod subiungitur: Tu, cum tibi ego. QVANTI iste aestimauit: & sed cum nullo in loco ternis denarijs fuerit, ualeat in te crimen. SIMIHI recum & tollitur controuersia, cum id probatur, quod obijciatur: ego nihil obijcio, quod non probem. ergo mihi non potest esse controuersia neque de annona, idest de numero summae tritici a te adiecto, neque de aestimatione, idest, de ternis denarijs. QVID sedes? & cur non, ut perspicue conuictus, discedis? L. PISO & cum Siciliae praecesset. SOLVISSES. & pro, soluere debebas. supra sic locutus. CONCESSERAT. & donauerat in cellam tuam. BENIGNE, ac liberanter: & aliquid enim lucrabor. Aratoris uerba. MIHI frumento non opus est, & praetoris uerba, ut ad pecuniam qua uelit aestimatione perueniat. NON peraueram, & affirmationem locus postulat, iraque pro, Non, repono, Nam. quod est, certe: ut lib. I. Nam mehercule, inquit, sic agamus. Et lib. II. Nam hercule, inquit Minucius, me quoque Petilius, ut sibi in consilio adesse, rogauit. IN CISTAM & meam priuatam, ex fisco publico. OCTONOS HS & quiad singulos denarios, in singules modios a senatu datos, adiecti, terni denarij erunt. DARE uoluit, & elegantius, Te, subauditur & quam, Dari, legitur. QVANTVM reliqui scriba fecerat, & cum sub binis, quinquagesimis. VLTRO & nullo nomine, nulla causa, pro Verris ipsius libidine. CVM fructus & rectius, quam, ut in quibusdam libris, Qui fructus. ILLI quoque homines & illi quoque aratores, qui uel in nummis, uel in urbanis praedijs habebant. DECVMAS, & eas, quaenon emebantur. ALTERAS, & eas, quae emebantur, HS ternis in modios singulos. DENT emptum practerea: & imperatum, ciuitatibus aequaliter distributum supra. DE CELLA loquor. & de frumento, quod utendum praetori dabatur. Infra: Data tibi pecunia est Verres, una, qua frumentum tibi emeres in cellam; altera, qua frumentum emeres a ciuitatibus, quod Romam mitteres. NON AD aequitatis condicionem, & non quia sit aequa condicio, sed quia sit hoc tolerabilius, frumentum in cellam gratis dare, quam illud, praetori in cellam uendere, cum aestimatione Verre instituta. Placeret magis, Non ad aequitatem condicionis. SVAE partis & de suo, pro sua parte, pro eo, quod ad ipsum attinet. HS 11 x millia & aestimato modio HS octonis. ASSEQUI, ut pro singulis modijs HS octonis magistratui det. CERTO fructu suo non potuit: & eo fructu, quem capere solitus est. mihi tamen, Certe fructu suo non potuit, magis arridet. quam opinionem adiuuat, quod subiungitur: Vendiderit instrumentum, necesse esse. Hoc MVNVS, & ut aratores pro frumento in cellam imperato HS octonis Magistratibus dent. Munus hic accipitur pro eo, quod aratores pendunt, ut paullo ante: Hoc uobis est statuendum, quid aratorem ipsum, arationis nomine, muneris in remp. fungi, ac sustinere uelitis. NIHIL detrabo. & de hoc uectigali. IN VNO genere solo frumenti & eius frumenti, quod in cellam imperatur. POPULO Romano Sicilia decumas det, & implicata sententia. non enim haec uerba cum sequentibus apte coniunguntur. quanto planius hoc modo: Populo Romano Sicilia decumas dat: det pro singulis tritici modijs ternos denarios, sibi habeat frumentum. TIBI datam pecuniam, & a senatu, HS quaternos in singulos modios. PECVNIA M per manu tuo nomine aufers. & aufers ab aratoribus HS octonis in singulos modios. TUO nomine: quia nomine frumenti acceperas iam a senatu pecuniam: quam uero ab aratoribus aufers, tuo, non frumenti, nomine aufers. REFER, quam accepisti: & refer ad aerarium, quam tuo nomine accepisti. EA RES, quam ego dico, & de frumento, quod ad populum Romanum pertinet, similiter aestimando. GENERE iniuriae, non magnitudine pecuniae differant. & si different genere iniuriae, & aestimatio ista in tuo commodo aqua esset, in populi Romani commodo non item: recte diceres, quod in tuo frumento Sicilia tulit, id in publico laturam non esse. Sed iniuriae genere non differunt: iniqua tui frumenti aestimatio fuit, iniqua eadem esset publici frumenti. differunt autem pecuniae magnitudine: quia tanto plus penderet Sicilia pro publico frumento, si ternis denarijs aestimaretur, quam pro tuo, quanto maior est eius frumenti numerus, quod ad populum Romanum pertinet, quam eius, quod in cellam imperatur. ISTAM ipsam cellam & istam aestimationem eius frumenti, quod in cellam dare solent.

## ORATIO

QVID ad haec Hortensius? falsum esse crimen? hoc numquam dicet. non magnam hac ratione peccatum captam? ne id quidem dicet, non iniuriam factam Siculis, atque aratoribus? qui poterit dicere? quid igitur dicit? fecisse alios? quid est hoc? utrum criminis defensio, an comitatus exsilio quaeritur? tu in hac rep. atque in bac hominum libidine, & ut adhuc ha-

buit se status iudiciorum, etiam licentia, non ex iure, non ex aequitate, non ex lege, non ex eo, quod licuit, sed ex eo, quod aliquis fecerit, id, quod reprehenditur, recte factum esse defendes? fecerunt aliqui alia quam multa: cur in hoc uno crimine isto genere defensionis ueris? sunt quaedam omnino in te singularia, quae in nullum alium hominem dici, neque conuenire possint; quedam

quaedam tibi eum multis communia. ergo, ut omissa  
tuos peculatus, ut ob ius dicundum pecunias acceptas,  
ut eiusmodi cetera, quae forsitan alij quoque etiam fece-  
rint; illud, in quo te grauissime accusai: quod ob iudi-  
candam rem pecuniam accepisti, eadem ista ratione  
defendes, fecisse alios? ut ego assentiar orationi, de feni-  
cionem tamen non probabo: potius enim, te damnato,  
ceteris angustior locus improbitatis defendendae relin-  
queretur, quam, te absoluto, alij, quod audacissime fe-  
cerunt, recte fecisse existimantur. Lugere omnes prouin-  
ciae: queruntur omnes liberi populi: regna denique  
jam omnia de nostris cupiditatibus, & iniurijs expostu-  
lant: locus intra Oceanum iam nullus est, neque tam  
longinquus, neque tam reconditus, quo non per haec  
tempora nostrorum hominum libido, iniq[ui]tasq[ue] perua-  
serit: sustinere iam populis R. omnium nationum non  
nimis, non arma, non bellum, sed luctum, lacrymas,  
quaerimonias non potest, in eiusmodi re, ac moribus, se-  
is, qui exi adductus in iudicium, cum manifestis in fla-  
gitij tenebitur, alios eadem fecisse dicet: illi exempla  
non deerunt; reip. salus deerit, si improborum exem-  
plis improbi iudicio, ac periculo liberabuntur. Placent  
uobis hominum mores? placet ita geri magistratus, ut  
geruntur? placet socios sic tractari, quod restat, ut per  
haec tempora tractatos uideris? cur haec a me opera  
consumitur? quid sederis? cur non in media oratione  
mea consurgitis, atque disceditis? nullis autem istorum  
audacias, ac libidines aliqua ex parte resecare? desini-  
te dubitare, utrum sit utilius, propter multos impro-  
bos uni parcere, an unius improbi supplicio multorum  
improbitatem coercere. tamen si quae ista sunt exempla  
multorum? nam cum in causa tanta, cum in crimen  
maximo dici a defensore coepit est, facilitatum esse ali-  
quid; expectant iij, qui audiunt, exempla ex ueteri me-  
moria, & monumentis, ac litteris, plena dignitatis,  
plena antiquitatis. haec plurimum solent & auctorita-  
tis habere ad probandum, & iucunditatis ad audiendum.  
Africanus mibi, & Catones, & Laelios com-  
memorabis? & eos fecisse idem dices? quamvis res  
non placeat, tamen contra hominum auctoritatem pu-  
gnare non potero, an, cum eos non poteris, proferes hos  
recentes, Q. Catulum patrem, C. Marium, Q. Scaeu-  
lam, M. Scaurum, Q. Metellum? qui omnes prouin-  
cias habuerunt, & frumentum cellae nomine imperau-  
erunt. magna est hominum auctoritas, & tanta, ut  
etiam delicti suspicionem tegere possit, non habes ne ex  
his quidem hominibus, qui nuper fuerunt, ullum aucto-  
rē istius aestimationis. quo me igitur, aut ad quae ex-  
empla reuocar? ab illis hominibus, qui tum uersati sunt in  
rep. cum et optimi mores erāt, et hominum exsillatio  
grauis habebatur, & iudicia severa siebant, ad hanc ho-  
minum licentiam, & libidinem me abducis? & in quos  
aliquid exempli populus R. statui putat oportere, ab ijs  
tu defensionis exempla quaeris? non fugio ne hos qui-  
dem mores, dummodo ex his ea, quae probat populus R.,  
exempla non ea quae condemnat, sequamur. non cir-  
cumspiciam, non quaeram foris, cum habeas iudices  
principes ciuitatis, P. Seruilius, Q. Catulum: qui  
tanta auctoritate sunt, tantis rebus gestis, ut in illo an-  
tiquorum, & clarissimorum hominum, de quibus an-  
te dixi, numero reponantur. exempla quaerimus, &  
ea non antiqua modo uterque horum exercitū habuit.  
quaere, Hortensi, quoniam te recentia exempla dele-

stant, quid fecerint. Ita ne hero? Q. Catulus frumento est uisus, pecuniam non cogit: P. Seruilius quinque  
nium exercitū cum praeset, & ista ratione innumerabilem pecuniam facere posset, non statuit sibi quidquā  
licere, quod non patrem suum, non auum? Q. Metel-  
lum facere uidisset: C. Verres reperietur, qui, quod ex-  
pediat, id licere dicat? quod nemo, nisi improbus, se-  
cerit, id aliorum exemplo se feci defendat? At in  
Sicilia facilitatum est, quae est ista cōdīcio Siciliae? co-  
nac optimo iure proprie uetus, fidelitatem, &  
pinquitatem esse debet, huic praecipua lex iniuria de-  
finitur; sed in ista ipsa Sicilia non quaeram exemplum  
foris: hoc ipso ex consilio utar exemplis. C. Marcelli,  
re appello: Siciliae prouinciae, cum eis proconsul,  
praefueristi: num quae in tuo imperio pecuniae cellae no-  
mine coactae sunt? neque ego hoc in tua laude pono.  
alia sunt tua facta, atque consilia, summa laude digna,  
quibus illam tu prouinciam affulisti, & perdita ex-  
isti, atque recreasti. nā hoc de cella ante ne Lepidus  
quidem fecerat, cui tu successisti. Quae sunt tibi igitur  
exempla in Sicilia cellae, si hoc crimen non modo Mar-  
celli factū, sed ne Lepidi quidem potes defendere? an  
me ad M. Antonij aestimationem frumenti, exactio-  
nemq[ue] pecuniae reuocaturus es? ita, inquit, ad M.  
Antonij. hoc enim mibi significasse, & annuisce usus  
est. ex omnibus ne igitur populi R. praetoribus, con-  
sulis, imperatoribus M. Antonium delegisti, & eius  
unum improbissimum factum, quod imitarere? & hic  
utrum mibi difficile est dicere, an bis existimare, ita se  
in illo infinito imperio M. Antonium gessisse, ut multo  
istū perniciosus sit dicere, se in re improbissima uoluisse  
Antonium imitari, quam, si posset, defendere, nihil  
in uitæ M. Antonio simile fecisse? homines in iudiciis  
ad crimen defendendum, nō quid fecerit quispi, proferre solent, sed quid probarent. Antonium, cum  
multa contra sociorum salutem, multa contra utilita-  
tem prouinciarum & ficeret, & cogitaret, in medijs  
eius iniurijs, & cupiditatibus mors oppressit. tum mihi  
quasi eius omnia facta, atque consilia senatus popu-  
lusq[ue] R. iudices comprobarint, ita Antonij exemplo  
istius audaciam defendis. At idem fecit Sacerdos. ho-  
minem innocentem, & summa prudētia praeditum no-  
minas: sed tum idem fecisse erit existimandus, si eadē  
consilio fecerit. nam genus aestimationis ipsum a me  
numquam est reprehensum: sed eius aequitas aratorū  
commode, & uoluntate perpenditur. non potest repre-  
hendi illa aestimationis, quae aratori non modo incommo-  
da non est, sed etiam gratia est. Sacerdos ut in prouin-  
ciā uenit, frumentum in cellam imperauit. cum esset  
ante nouum triticī mod. H-S xv, petiuerunt ab eo ciuita-  
tes ut aestimaret, remissior aliquanto eius fuit aestima-  
tio, quam annona: nam aestimauit denarij IIII. Vides  
eandem aestimationem propter temporis dissimilituden  
in illo laudis causam habere, in te criminis in illo  
beneficij, in te iniuria? Eodem tempore Antonius  
III denarij aestimauit post messem, summa in utilitate,  
cum aratores frumentum dare gratis malebant; & aie-  
bat, se tantidem aestimasse, quanti Sacerdotem: ne-  
que mentiebatur: sed eadē ista aestimatione alter sub-  
leuarat aratores, alter euenterat. quod nisi omni fru-  
menti ratio ex temporibus esset, & annona, non ex nu-  
mero, neque ex summa consideranda: numquam tan-  
grati bi sesquimodij. Q. Hortensi, fuissent; quos tu cum  
ad

ad mensuram tam exiguum rationem populo R. in capitulo descriptis, gratissimum omnibus fecisti: caritas enim annonae faciebat, ut istuc, quod re paruum videbatur, tempore magnum uidetur. idem istuc si in uilitate populo R. largiri voluisse, densum tuum beneficium esset, atque contemptum. noli igitur cicere, istū idem fecisse, quod Sacerdotem: quoniam non eo tempore, neque simili fecit anno dicitio potius, quoniam habes auctorem idoneum; quod Antonius uno aduentu, & uix mensbris cibarijs fecerit, id ipsum per triennium fecisse: & istius innocentiam M. Antonij factō, atque auctoritate defendito. Nam de Sex: quidem Peducaeō, fortissimo, atque innocentissimo viro, quid dicitis? de quo quis unquam arator quaestus est? aut quis non ad hoc tempus innocentissimam omnium, diligentissimāq. praetoram illius somnis existimauit? biennio prouinciam obtinuit, cum alter annus in uilitate, alter in

summa caritate fuerit: num aut in uilitate nummum arator quisquam dedit, aut in caritate de aestimatione frumenti quaestus est? et uberiora cibaria facta sunt caritate. credo: neque id est nouum, neque reprehendendum, modo C. Sentium uidimus, hominem ueterē illa, ac singulari innocentia praeditum, propter caritatē frumenti, quae fuerat in Macedonia, permagnam ex cibarijs pecuniam reportare. quamobrem non ego inuidio tuis commodis, si qua ad te lege uenerunt: iniuria queror: improbatum arguo: auaritiam in crimen, & in iudicium uoco. quod si iuspiciones iniuste uoleatis, ad plures homines, & ad plures prouincias crimen hoc pertinere: non ego istam defensionem uestram pertimebam, sed me omnium prouinciarum defensorem esse profitebor. etenim hoc dico, & magna uoce dico: ubi cum hoc factum est, improbe factum est; quicunque hoc fecit, supplicio dignus est.

## EXPLANATIO

**A**N COMITATVS exilio queritur? haec enim defensio non assequitur, ut Verres absoluatur, sed ne solus condemnetur, & ut exilio sui comites habeat. IN HAC hominum libidine, & quam poena minui, non augeri impunitate, oportet. FECERVNT aliqui alia quam multa. & quae facere non licet. quorum exemplis in tuorum criminum defensione non uteris. IN TE singulare, & quorum simile nemo quidquam fecit. V.T EGO assentioratione, & ut facias id uerum esse, quod dicas, fecisse alios. LIBERI populi: & qui sui iuris sunt, nullam nobis uectigal pendunt. QVOD restat, & in posterum: AFRICANOS & minorē significat, non utrumque: cum sequatur, Catones: &, Laelios: quod de posteriore Laelio, minoris Africani amicissimo, qui & ipse, tamquam Cato, sapiens cognomine est honestatus, dictum uolo. hos enim tres alibi quoque Cicero simil nominat, ut pro Murca, pro Archia. HOS recentes, & subaudi, commemorabis. Q. SCAEVOLAM & P. F. Pontificem max. quem iussu Marij iunioris praeter urbanus Damasippus occidit. fuit alter Q. Scaeuola Q. F. augur, aetate maior: qui non potest inter hos recentes significari. M. SCAVRVM, principem senatus, patrem eius, quem Cicero defendit. Q. METELLVM. & Numidicum. hic enim, cum multi Q. Metelli fuerint, uirtute, & rerum gestarum gloria omnibus antecelluit: & idem nominatur. HOMINVM existimatio grauis habebatur, & cupiebat unusquisque, bene de se homines existimare. ALIQUID exempli & severi exempli. P. SERVILIVM & Isauricum. Q. CATULLVM & filium proxime nominati. AVVM Q. Metellum & aum maternum Metellum Numidicum, est enim in oratione post red. in sen. Lucili Seruili, Scipiones, Metellarum liberi. CVM eis proconsul, & qui tamen consul non fuerat. sed proconsules quoque uocari solitos, qui post praetoram in prouincias iuissent, alibi copiose ostendimus. DE CELLAS: quod tu fecisti, ut nullas cellae nomine pecunias cogeres, idem ante fecerat Lepidus. M. ANTONII & quem uniuersae orae maritimae infinito cum imperio praefuisse, supra diximus. VTRVM mihi difficile est dicere, & modus loquendi, pro facile est & mihi dicere, & his existimare. QVAM SE possit defendere, & lego, Quam, si possit, defendere, hoc sensu. Tuetur suum factum Verres imitatione Antonij. at hoc illi perniciösus est, quam dicere, se nulla umquam in re illi similem fuisse: si modo hoc defendere, & probare possit: quod non potest: multis enim in rebus eius improbata factum imitatus est. QVID probarint. & ut ab ijs recte factum. MORIS oppresſit. & indicito Cretenibus bello: de quo supra. Et, Oppresſit, ante quam, quod cogitabat, efficeret. IVDICES & nominandi casu, non uocandi. iudices enim appellant senatum, populumq. Romanum: ut si dixisset: Quasi eius omnia facta, atque consilia senatus, populusq. Romanus iudicio suo comprobarent. ARATORVM commodo, & supra: Haec aestimatio nata est initio non ex praetorum, aut consulum, sed ex aratorum, atque ciuitatum commodo. ANTE nouum & antequam nouum frumentum perciperetur. REMISSIOR & ternis enim HS de singulis modiis detraxit. nam terni denarij sunt duodenii HS. QVAM annona: & quam frumenti pretium in summa caritate. QVOS TV & questor. Inter quaestorum prouincias rei frumentariae cura erat. ET ISTIVS innocentiam & cum ironia: ut etiam, cum subiungit, Auctoritate: quae nulla erat: nam turpissime uixerat Antonius. SEX. Peducaeō, & cui questor ipse fuit. VBERIORA cibaria: quia uel frumenti pretium, vel ipsum frumentum Peducaeū a Siculis accepit: quo uendito, pecuniae plus, quam in uilitate, colligit. quod C. Sentius quoque fecit.

## ORATIO

**N**AM, per deos immortales, uidete, iudices, & prospicite animis, quid futurum sit. multi magnas pecunias ab inuitis ciuitatibus, atque ab inuitis aratoribus, ista ratione, cellae nomine coegerunt; (omnino ego neminem video, praeter ipsum: sed do hoc uobis, & concedo, esse multos) in hoc homine rem aductam in iudicium uidetis: quid facere potestis? utrum cum iudices sitis de pecunia capta, conciliata, tantam pecuniam captam negligere, an, cum lex sociorum casarogata sit, sociorum querimonias non audire? uerum hoc quoq. uobis remitto: negligite praeterita, si uultis: sed, ne reliquias spes turbetis, atque omnes prouincias euertatis, id prouide: ne auaritiae, quae ante hac oculis itin eribus, atque angustis uti solebat, auctoritate uestra uiam patefaciat islustrem, atque latam, nam, si hoc probatis, & si hoc licere, pecunias isto nomine capi iudicatis: certe hoc, quod adhuc nemo, nisi improbissimus fecit, post hac nemo, nisi stultissimus, non faciet. improbi sunt, qui pecunias contra leges cogunt: Stulti, qui, quod licere iudicatum est, praetermitunt. Deinde, iudices, uidete, quam infinitam sitis hominibus licetiam pecuniarum eripiendarum daturi, si, ternis denarios qui coegit, erit absolutus: quaternos, denos denique, aut uicenos coget alius: quae erit reprehensio? in quo primum iniuriae gradu resistere incepit severitas iudicis? quotus erit iste denarij, qui non sit ferendus? & in quo primum aestimationis iniurias, atque improbitas reprehendatur? non enim a uobis summa, sed genus aestimationis est comprobatum. neque hoc potestis judicare, ternis denarijs aestimare licere, ubi enim semel ab annonae ratione, & ab aratorum uoluntate res ad praetoris libidinem translatata est, non est iam in lege, atque in officio, sed in uoluntate hominum, atque auaritia possumus modus aestimandi, qua propter si uos semel in iudicando finem aequitatis, & legis transferitis, scitote uos nullum ceteris in aestimando finem improbitati, & auaritiae reliquise, uidete igitur, quam multa simul a uobis postulerentur. absoluere eum, qui se fateatur maximas pecunias cum summa sociorum iniuria cepisse: non satis sunt alii quoque complures, qui idem fecerint. absoluere etiam illos, si qui sunt; ut uno iudicio quamplurimos improbos libereatis: ne id quidem satis est. facite, ut certis post hac idem liceat: licebit: at hoc parum est. permittite, ut liceat: quanti quisque uelit, tanti aestimet: aestimabit. uidetis iam profecto, iudices, hac aestimatione a uobis comprobata, neque modum post hac auaritiae cupisquam, neque poenam improbitatis futuram. Quas ob res, quid agis, Hortensi? consules designatus: prouinciam sortitus es, de aestimatione cum dices frumenti, sic te audiemus, quasi id, quod ab isto recte factum esse defendes, te facturum prosteare, & quasi, quod isti licetum esse dices, uehementer cupias tibi licere. at qui, si id licebit, nihil est, quod putetis quemquam post bac commissurum, ut de pecunijs reperundis contentari possit. quamnam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per cellae nomen aestimationis magnitudine consequatur. At enim est quiddam, quod etiam si palam in defendendo non dicit Horten-

sus, tamen ita dicit, ut nos id suspicari, & cogitare possitis: pertinere hoc ad commodum senitorum pertinere ad utilitatem eorum, qui iudicent, qui in prouincijs cum potestate, aut cum legatione se futuros aliquando arbitrentur. Praeclaros uiros existimas iudices nobis habere, quos alienis peccatis conceburos putas, quo facti ipsi peccare liceat. ergo id uolumus populum R. id prouincias, id socios, nationesq. extereras existimare, si senatores iudicent, hoc certe unum genus infinitae pecuniae per summam iniuriam cogendae nullo modo posse reprehendi? quod si ita est; quid possumus contra illum praetorem dicere, qui quotidie templu tenet, qui rem publicam negat posse, ni ad equestrem ordinem indicia referantur? quod si ille hoc unum agitare cooperit, esse aliquod genus cogendae pecuniae senitorum commune, & iam prope concessum ordini, quo genere ab socijs maxima pecunia per summam iniuriam auferatur, neque ullo modo senatoris iudicis reprehendi posse, id que, dum equester ordo iudicaret numquam esse commissum: quis obstat? quis exit tam cupidus uestris, tam fautor ordinis, qui de transferendis iudicis posse recusat. Atque utinam posset aliqua ratione hoc crimem quamvis falsa, modo humana, atque usitata, defendere: minore periculo uestro, minore periculo prouinciarum omnium iudicaretis. negaret hic aestimatione se usum: uos id credidisse homini, non factum comprobasse uideremini. nullo modo negare potest: urgetur a tota Sicilia: nemo est ex tanto numero aratorum, & quo pecunia cellae nomine non sit exacta. Vellem etiam hoc posset dicere, uihil ad se istam rationem pertinere, per quaestores rem frumentariam esse admistratam, ne id quidem ei licet dicere: propterea quod ipsius litterae recitantur, ad ciuitates de ternis denarijs missae. Quae est igitur defensio? feci, quod arguis: coegi pecunias maximas cellae nomine: sed hoc mihi licuit: uobis, si prospicis, licebit. periculosum prouincijs, genus iniuriae confirmari iudicio: perniciosum nostro ordinis, populum R. existimare, non posse eos homines, qui ipsi legibus teneantur, leges in iudicando religiose defendere. Atque isto praetore, iudices, non solum aestimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem. neque enim id, quod debebatur, sed quantum commodum fuit, imperauit. summam faciam uobis ex publicis litteris, & testimonij ciuitatum frumenti in celum imperati. reperietis quinque tanto, iudices, amplius istum, quam quantum ei in celum sumere licuit, ciuitatibus imperante. quid ad hanc impudentiam addi potest, si & aestimauit tanti, ut homines ferre non possent, & tanto plus, quam erat ei concessum legibus, imperauit? Quapropter, cognita tota re frumentaria, iudices, iam facilime perspicere potestis, amissam esse populo R. Siciliam, fructuosisimam, atque opportunitatis prouinciam, nisi ea uos istius damnatione recuperatis. quid est enim Sicilia, sicut agri cultiōē sustuleris, & si aratorum numerum, ac nomen exstinxeris? quid enim potest esse in calamitate residui, quod non ad miserios aratores, isto praetore, per summam iniuriam, ignominiamq. peruerterit? quibus, cum decumas dare deberent, uix ipsis decumae relictæ sunt: cum pecunia

nia deberetur, soluta non est: cum optima aestimatione, senatus frumentum eos in cellam dare uoluisset, etiam instrumenta agrorum uendere coactisunt. dixi iam autem, iudices, ut has omnes iniurias tollatis, tamē ipsā rationem arandi sive magis, & incunditate quadam, quam fructu, atque emolumento, teneri. etenim ad incertum casum, & euenum certus quotannis labor, & certus sumptus impeditur. annona porro pretiū, nisi in calamitate frumentum, non habet. si autem ueritas in percipiendis fructibus fuit, consequitur uilitas in uenditō: ut aut male nendendum intelligas, si processit; aut male perceptos fructus, si recte licet uendere. totae autem res rusticæ eiusmodi sunt, ut eas non ratio, neque labor, sed, res incertissima, uenti, tempestatesq. moderentur. hinc cum unae decumae lege, & condicio ne trahantur; alterae nouis institutis, propter annonae rationem, imperentur; ematur præterea frumentum quotannis publice, postremo etiam in cellam magistris tribus, & legatis imperetur: quid, aut quantum præ-

terea est, quod aut liberum possit habere ille arator, ac dominus in potestate, suorum fructuum, aut in ipsis fructibus solutum? quod si haec feruntur omnia, si uobis potius, ac populo R. quam sibi, & suis commodis, opera, sumptu, labore deseruent: etiam ne haec noua debent edicta, & imperia praetorum, & Aproni dominationem, & Veneriorum seruorum furtar, rapinasq. perferre? etiam ne frumentum proempto gratis dare? etiam ne, in cellam cum cupiant gratis dare ulero, pecuniam grandem dare? etiam ne haec tota detimenta, atque damna cum maximis iniurijs, contumelijq. perferre? itaque haec, iudices, quae patinullo modo pertuerunt, non pertulerunt. arationes tota Sicilia deseratas, atque a dominis relitas esse cognoscitis: neque quidquam alius agitur hoc iudicio, nisi ut antiquissimi socij, fidelissimique, Siculi, coloni populi R. atque aratores, uestra eueritate, & diligentia, me duce, atque auctore, in agros, atque in sedes suas reuertantur.

## EXPLANATIO

**N**ON enim a nobis summa, & si Verrem absoluitis hoc aestimationis crimen: non putabunt homines, iudicasse uos, licere ternis denarijs estimare frumentum illud, quod in cellam impereret, pluris autem non licere, sed ipsam aestimandi licentiam a uobis esse comprobata arbitrabuntur: ut magistrati posthac frumentum illud, Verris exemplo, pro libidine licet aestimare. **E S T** *comprobatum*: & Est pro Erit. utitur enim praefenti tempore, quo magis rem subiiciat oculis iudicū, & a praefenti eos auertat infamia. **N E Q U E** *hoc potestis indicare*, & neque potestis iniuriae modum statuere, & aestimationem ternis denarijs definire. **A B** *ANNONAE ratione*, & ab eo, quanti frumentum erit: a communi pretio. **A B** *ARATORVM uoluntate* & qui, quod licet, id fieri uolunt, & frumentum, quantilicet, aestimari. **P R O V I C I A M** *sortitus es*: & Cretam; qua tamen collegae concessa. **Q. Metello**, inde Cretici cognomen adepto, in urbe mansit. **C O N D E M N A R I** *possit*. & habebit enim, quo suum factum defendat: pecuniam a se coactam dicet aestimatione frumenti: quod licere iam sit iudicatum in causa Verris. **T A M E N** *ita dicit*, & palam quidem in defendendo non dicit, sed ita dicit, ut uos id suspiciari, & cogitare possitis, **H o c** & *absoluti Verrem* hoc aestimationis crimen. **A D C O M M O D U M** *senatorium* & ut senatoribus idem licet in prouincijs, quod Verri licuit. **E O R V M**, qui iudicent, & iudicabant adhuc senatores. nam legem de iudicijs inter tres ordines communicandis promulgauerat Cotta praetor, nondum pertulerat. de quo paullo post. Ad utilitatem autem iudicū id pertinere videbatur, quia, cum essent senatores, & euincire facile posset, ut in prouincias irent, non mediocre lucrum ex eadem aestimandi licentia sperare possent. **A V T** *cum legatione* & nam legatis quoque frumentum in cellam imperabatur. *infra*. **I L L V M** *praetorem* & L. Aurelium Cottam. **T E M P L U M** *tenet*, & templum Rostra uocabantur, in quibus legem magistratus ferebat. quotidie autē praetor Cotta erat in Rostris, ut legem de iudicijs ferre posset. in Vatinium: iudicem in Rostris, in illo, inquam, augurato templo, ac loco collocaris. **Q V I** *remp. sistere negat posse*, & Stare, malim, quam Sistere, ex consuetudine Latini sermonis. **R E F E R A N T V R**? & non ut soli iudicent, sed ut cum senatoribus. id enim Aurelia lege lanicum est. **M I N O R E** *periculo uestro*, & absoluere enim sine summo periculo uestro non potestis eum reum, qui manifesto in periculo tenetur, qui, quod commisit, negare non potest. **M I N O R E** *periculo prouinciarum* & quia, si Verrem absoluitis, cui suum delictū nulla ne falsa quidem ratione licet defendere: peccabunt ceteri multo impudentius maximo prouinciarū damno. Vocem, Pericolo, ut otiosam, tollendam crederem. **V O B I S**, & iudices. **S I P R O S P I C I T I S**, & si me absoluitis. Haec enim dicuntur ex persona Verris. **E O S** *homines* & senatores. **Q V I** *IPSI legibus* *teneantur*, & quibus non aequē tenentur ciues reliqui. solus enim ordo senatorius lege de repetundis, qua reus erat Verres, tenebatur. **Q V A N T V M** *commodum fuit*, & quantum libuit. quo modo saepe iam interpretati sumus. **T O L L A T I S** & Verre punito. **A N N O N A** & id, quod ex aratione percipitur. **M A L E** *uendendum* & paruo pretio. **S I P R O C E S S I T**: & si messis copiosa fuit. **M A L E** *perceptos fructus*, & parum frumenti perceptum esse. **S I R E C T E** *licet uendere*. & Recte, pro care. contrarium contrario retulit, quia dixerat, Male uendendum. Et, Recte, ex persona aratoris, qui caritatem potius in calamitate frumentum, quam uilitate gaudet in copia. **N O V I S** *institutis*, & non Hietonica lege, **P R O P T E R** *annonae rationem*, & quia necessariae populo Romano sint, quia sic annona postulet, quia primae non sufficient. **I M P E R E N T V R**: & pro quibus tamen pecunia soluitur, H-S terni in modios singulos: ut supra demonstratum est. **E M A T V R** *præterea frumentum* & octingenta millia modium, H-S quaternis in singulos. **L E G A T I S** & propterea dixit supra: Qui in prouincijs cum potestate, aut cum legatione se futuros ali-

FF 2 quando

## 228 Com.P.M.In Lib.III.A& II.in C.Verr.

quando arbitrentur. A v t *in ipsis fructibus solutum*? § quod dari non oporteat aut in primis decumis, aut in secundis, aut in frumento ciuitatibus aequaliter imperato, aut in eo, quod aratores in cellam magistratibus, & legatis dare coguntur. D E S E R V I V N T : § Siculi. ita seruiunt, ut nihil omittant. haec enim uis est in uerbo, Deseruire. N o v a § a Verre primum inducta: quae alij praetores, absoluto Verre, imitabuntur. A P R O N I I dominationem, § quae numquam deerit, sceleribus impunitate proposita. N o n pertulerunt, § arationes enim deseruerunt, sedes pattias reliquerunt, haec ne perferrent, quae pati non poterant.



## ОТАИАПХЭ

Сицилийские землемеры, ввиду того что земли имели различную форму и величину, не могли в одинаковом количестве отдать землю всем землевладельцам, а потому делали это пропорционально земельной площади каждого землевладельца. Для этого они изобрели измерительный инструмент под названием *Verre*. Он состоял из деревянного ящика с прорезью для измерения длины. Внутри ящика находился веревочный канат, на котором были нанесены различные метрические единицы измерения. Канат был разделен на равные части, каждая из которых соответствовала определенному количеству земли, выделенной землевладельцу. Таким образом, землевладельцы могли легко определить количество земли, которое им досталось. Для измерения земли использовались различные единицы измерения, такие как *deci*, *secundi*, *frumenti* и т.д. Каждая из этих единиц имела свою конкретную величину, определявшую количество земли, которое могло быть измерено с помощью *Verre*.

IN. LIBRVM. IV. ACTIONIS II  
CICERONIS . IN . VERREM  
QVI. D E. SIGNIS. INSCRIBITVR  
PAVLLI MANVTII  
COMMENTARIVS



O R A T I O . I X

**V**ENIO nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, Studium; ut amici eius, morbum, & insaniam; ut Siculi, latrociniū. ego, quo nomine appellem, nescio. rē uobis proponam: uos eam suo nominis pondere peditote. genus ipsum prius cognoscite, iudices: deinde fortasse non magnopere quaeretis, quo nomine appellandum putatis. Nego in Sicilia tota, tam locuplete, tam ueteri prouincia, tot opidis, tot familijs, tā copiosis, ullum argenteum uas, ullum Corintium, aut Deliacum fuisse: nego ullam gemmam, aut margaritam fuisse, aut quidquam ex auro, aut ebore factum, signum ullum aeneum, marmoreum, eburneum: nego ullam picturam neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quaesierit, inspicerit; quod placitum sit, abstu-

leuit. magnum uideor dicere: attendite, etiam quemadmodum dicam. non enim uerbi, neque criminis causā augendi complector omnia. cum dico nihil istum eiusmodi verum in tota prouincia reliquissim; latine me scitote, non accusatore, loqui. etiam planius nihil in aedibus cuiusquam, ne in opidis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, nihil apud Siculum, nihil apud ciuem R. denique nihil istum, quod oculos, animumque accenderit, neque priuati, neque publici, neque profani, neque sacrificia in Sicilia reliquissim. unde igitur potius incipiam, quam ab ea ciuitate, quae tibi una in amore, atque in deliciis fuit? aut ex quo potius numero, quam ex ipsis laudatoribus tuis? facilius enim perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderunt, qui accusant, qui persequuntur; cum apud tuos Mamertinos inuenire improbissima ratione esse praedatus.

E X P L A N A T I O

**T**UDIVM; honestum uocabulum flagitiosae rei. MORBVM; animi: quae *πάθη* uocant Gracci. lib. 1. Ille quoque, sodalis istius, erat in hoc morbo, & cupiditate. INSANIAM; non modo morbum, sed morbum etiam eiusmodi, qui similitudinem habet insaniae. Qui enim alciuus rei maiore, quam deceat, cupiditate flagraret, insanire dicebatur: ut infra: Similis istius cupiditas, hoc etiam acrior, atque insanior. Et post: Nonne uobis id egisse uidetur, ut non unius libidinem, non suos oculos, sed omnium auatissimorum insanias, cum Romam reuertisset, exploreret? Lib. 11. Quibus in rebus istius cupiditates, & insaniam quis ignorat? Ibidem infra: Haec ille ad insaniam conceperat. Ad Att. lib. xiiii. Othonem uincas uolo: nec tamē in sanitarium illum puto. Eodem sensu Horatius:

Insanit ueteres statuas Damasippus emendo.

**E**GO, QVO nomine appellem, nescio. exagerandi cauſa saepe fingit orator inopē se uerborū esse, quae reuimac naturam exprimit: ut pro Quintio: Si uadimonium omnino tibi cum P. Quintio nullū fuit, quo tenomine appellemus? improbum? at, etiam si desertum uadimonium estet, tamen in ista postulatione & proscriptione bonorum improbissimus reperiebare. num malitiosum? negas. fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi, & praeclarum putas. audacem? cupidum? perfidiosum? vulgaria, & obsoleta sunt, res autem noua, & inaudita. quid ergo est? uereor mehercule, ne aut graioribus utar uerbis, quam natura fert, aut leuioribus, quam cauſa postulat. Lib. v. Facinus est, uinciri ciuem Romanum: scelus, uerberari: prope patricidium, necari: quid dicam, in crucem tollere? uerbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Et agr. 11. Verbum mihi deest, Quirites, cum ego hanc potestatem regiam appello: sed profecto maior est quaedam. Similiter ad Coelium: Putares ne umquam accidere posse, ut uerba mihi deessent, neque solum ista uerbra oratoria, sed etiam haec leuia nostratio? defunct autem propter hanc cauſam, quia mirifice sum sollicitus, quidnam de prouincijs decernatur. **S**VO NOMINI Spondere peditote. rem perpendite: deinde, quod ei nomen sua grauitate responderebit, id